









7

# ACTA APOSTOLORVM APOCRYPHA

# ACTA APOSTOLORVM APOCRYPHA

POST CONSTANTINVM TISCHENDORF

DENVO EDIDERVNT

RICARDVS ADELBERTVS LIPSIVS

ET

MAXIMILIANVS BONNET

PARS PRIOR

LIPSIAE

APVD HERMANNVM MENDELSSOHN

MDCCCXCI

# ACTA PETRI
# ACTA PAVLI ACTA PETRI ET PAVLI
# ACTA PAVLI ET THECLAE
# ACTA THADDAEI

EDIDIT

RICARDVS ADELBERTVS LIPSIVS


LIPSIAE

APVD HERMANNVM MENDELSSOHN

MDCCCXCI

LIPSIAE TYPIS C. G. ROEDER





# CONSPECTVS RERVM

# PROLEGOMENA

Acta apostolorum apocrypha ante hos undequadraginta annos a Constantino Tischendorf edita sunt. cuius libri exemplaribus uenditis cum nouam editionem bybliopola pararet, a Maximiliano Bonnet uiro harum rerum peritissimo impetrauit, ut suis laboribus cum meis quantuliscumque consociatis librorum manuscriptorum farraginem in bybliothecis latitantem diligenter peruestigaret nouisque subsidiis petitis Tischendorfii apparatum augeret et emendaret. tanta documentorum tum editorum tum ineditorum copia inuenta est, ut de rei conatu paene desperaremus. Tischendorf parcum tantum librorum delectum instituerat. omiserat enim ille non solum textus latinos qui Lini, Marcelli, Melitonis, Abdiae aliorum nominibus insigniuntur licet iam tunc prelo mandatos, sed etiam graeca Prochori iamdudum a Michaele Neandro publicata. postea multi libri adhuc incogniti in lucem protracti, multorum quos imperfectos ille ediderat supplementa, aliorum fragmenta, aliorum uersiones antiquae aut recensiones quas uocant ab excusis uehementer discrepantes repertae sunt. taceo de codicibus manuscriptis fere innumeris qui nobis in notitiam uenerunt, quorum alii exscribendi, alii cum libris impressis conferendi, alii examinandi saltem aut describendi erant. uastissimum igitur mare pernauigaturi editoris labores ut qui unius hominis uires excederent inter nos ita distribuendos curauimus, ut acta passionesque Petri, Pauli, Petri et Pauli, acta Pauli et Theclae, acta Thaddaei mihi edenda traderentur, acta Ioannis, Andreae, Thomae reliquorum quae supersunt apostolorum Bonneti curae committerentur. en accipe beneuole lector primum editionis nostrae fasciculum, libros omnes quos ego castigandos suscepi comprehendentem.

De actorum uel actuum apostolorum apocryphorum origine indole usu in libro meo 'die apokryphen Apostelgeschichten

und Apostellegenden. Braunschweig 1883—1890' uberius exposui. Actorum Petri et Pauli duo genera distinguuntur, alterum gnosticum alterum catholicum. quae tamen distinctio ad libros qui ad nostram memoriam peruenerunt cum grano salis ut aiunt adhibenda est. neque enim gnostica documenta in manibus sunt plane integra uel a catholicis emendatoribus intacta, neque catholicorum librorum sutores a gnosticis fabulis prorsus abhorruerunt. nam haereticorum libri, id quod iam Tischendorfius animaduertit, postea ab hominibus catholicis fidei adhibiti et in catholici populi usum conuersi sunt, ita tamen ut haereticae originis uestigia non plane exstinguerentur. catholici autem libri sescenties retractati aucti exornati pristinam sinceritatem magis et magis amiserunt magnaque narratiuncularum undique congestarum mole quasi obruti sunt.

Acta Petri apocrypha primus Eusebius[1]) quem Hieronymus depeculatus est[2]) in libris apostolo falso adscriptis enumerat. post illum Philaster Brixiensis,[3]) Ioannes Thessalonicensis[4]), Innocentius[5]) et Gelasius[6]) episcopi Romani, Photius

---

[1]) Hist. eccl. III, 3, 2 *τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ πράξεων καὶ τὸ κατ᾽ αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα καὶ τὴν λεγομένην ἀποκάλυψιν οὐδ᾽ ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα, ὅτι μήτε ἀρχαίων μήτε τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις.*

[2]) Catal. uiror. illustr. 1 ed. Herding p. 7 *libri autem, e quibus unus actorum eius (Petri) inscribitur, alius euangelii, tertius praedicationis, quartus ἀποκαλύψεως, quintus iudicii, inter apocryphas scripturas repudiantur.*

[3]) Haer. 88 *nam (habent?) Manichaei apocrypha beati Andreae apostoli id est actus quos fecit ueniens de Ponto in Graeciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes apostolum; unde et habent Manichaei et alii tales (sc. haeretici) Andreae beati et Ioannis actus euangelistae, beati et Petri similiter apostoli et Pauli pariter apostoli; in quibus quia signa fecerunt magna et prodigia, ut pecudes et canes et bestiae loquerentur, etiam et animas hominum tales uelut canum et pecudum similes imputauerunt esse haeretici perditi.*

[4]) praefat. in libr. de dormitione Mariae apud Bonnetum in Hilgenfeldi annalibus 1880 p. 239 *οὕτω γὰρ εὑρήκαμεν χρησαμένους καὶ τοὺς ἔναγχος ἡμᾶς προηγησαμένους καὶ τοὺς πολλῷ πρὸ αὐτῶν ἁγίους πατέρας, τοὺς μὲν περὶ τὰς καλουμένας ἰδικὰς περιόδους τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου, τοὺς δὲ περὶ τὰ πλεῖστα τῶν χριστοφόρων μαρτύρων συγγράμματα· δεῖ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐκκαθαίρειν κατὰ τὸ γεγραμμένον τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ, ἵνα μὴ τὸ θεῖον ἢ τὸ* (*θεώνητον* suspicatur Bonn.) *ποίμνιον προσκόπτῃ.*

[5]) Epist. VI, 13 ad Exuperium ap. Coustant. epp. pontif. I, 796

Constantinopolitanus[1]) *πράξεις* uel *περιόδους Πέτρου* quibus haeretici utantur commemorant; Innocentius et Photius eas Leucio uel Leucio Charino pessimae famae haeretico tribuunt, qui apostolorum fabulas composuisse gnosticisque doctrinis adspersisse narratur. idem liber a Nicephoro Constantinopolitano in diuinarum scripturarum stichometria[2]) et ab Athanasio quodam uel Pseudathanasio synopseos scripturae sacrae auctore[3]) inter libros Novi Testamenti apocryphos uel addubitatos refertur. eodem nomine *τῶν πράξεων* siue *περιόδων Πέτρου* interdum

---

*cetera autem quae uel sub nomine Matthiae, siue Iacobi minoris, uel sub nomine Petri et Ioannis, quae a quodam Leucio scripta sunt [uel sub nomine Andreae quae a Nexocharide et Leonida philosophis], uel sub nomine Thomae et si qua sunt alia, non solum repudianda uerum etiam noueris esse damnanda.*

[6]) Decretum Gelasii VI, 3—6 apud Crednerum Zur Geschichte des Kanons p. 215 (Thiel Epp. pont. I, 462) *actus nomine Andreae apostoli, apocryphum. actus nomine Thomae apostoli, libri decem, apocryphum. actus nomine Petri apostoli, apocryphum. actus nomine Philippi apostoli, apocryphum.*

[1]) Byblioth. cod. 114 *Ἀνεγνώσθη βιβλίον αἱ λεγόμεναι τῶν ἀποστόλων περίοδοι, ἐν αἷς περιείχοντο πράξεις Πέτρου, Ἰωάννου, Ἀνδρέου, Θωμᾶ, Παύλου· γράφει δὲ αὐτάς, ὡς δηλοῖ τὸ αὐτὸ βιβλίον, Λεύκιος Χαρῖνος. — — γέμει δὲ καὶ μωρίας πολλῆς καὶ τῆς πρὸς ἑαυτὸν μάχης καὶ ἐναντιώσεως. φησὶ γὰρ ἄλλον εἶναι τὸν τῶν Ἰουδαίων θεὸν καὶ κακόν, οὗ καὶ Σίμωνα τὸν μάγον ὑπηρέτην καθεστάναι, ἄλλον δὲ τὸν Χριστόν, ὅν φησιν ἀγαθόν· καὶ φύρων ἅπαντα καὶ συγχέων καλεῖ αὐτὸν καὶ πατέρα καὶ υἱόν. λέγει δὲ μηδ' ἐνανθρωπῆσαι ἀληθῶς ἀλλὰ δόξαι, καὶ πολλὰ πολλάκις φανῆναι τοῖς μαθηταῖς, νέον καὶ πρεσβύτην πάλιν καὶ πάλιν παῖδα, καὶ μείζονα καὶ ἐλάττονα καὶ μέγιστον, ὥστε τὴν κορυφὴν διήκειν ἔσθ' ὅτε μέχρις οὐρανοῦ. πολλὰς δὲ καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ κενολογίας καὶ ἀτοπίας ἀναπλάττει, καὶ τὸν Χριστὸν μὴ σταυρωθῆναι, ἀλλ' ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ, καὶ καταγελᾶν διὰ τοῦτο τῶν σταυρούντων. γάμους τε νομίμους ἀθετεῖ καὶ πᾶσαν γένεσιν πονηράν τε καὶ τοῦ πονηροῦ λέγει. καὶ πλάστην τῶν δαιμόνων ἄλλον ἐκληρεῖ. νεκρῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ βοῶν καὶ κτηνῶν ἄλλων παραλογωτάτας καὶ μειρακιώδεις τερατεύει ἀναστάσεις. — — καὶ ἁπλῶς αὕτη ἡ βίβλος μυρία παιδαριώδη καὶ ἀπίθανα καὶ κακόπλαστα καὶ ψευδῆ καὶ μωρὰ καὶ ἄλλοις (ἀλλήλοις?) μαχόμενα καὶ ἀσεβῆ καὶ ἄθεα περιέχει· ἣν εἰπών τις πάσης αἱρέσεως πηγὴν καὶ μητέρα οὐκ ἂν ἀποσφαλείη τοῦ εἰκότος.*

[2]) in Nicephori opusculis historicis ed. C. de Boor (Lips. 1880) p. 135, 7 sqq. *καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα· α' περίοδοι Πέτρου στίχων ͵βψν' | β' περίοδος Ἰωάννου στίχων ͵βχ' | γ' περίοδος Θωμᾶ στίχων ͵αχ'.*

[3]) apud Crednerum Geschichte des neutest. Kanon ed. Volkmar p. 249 *τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα· Περίοδοι Πέτρου. Περίοδοι Ἰωάννου. Περίοδοι Θωμᾶ.*

etiam Clementis Recognitiones uel Homiliae uocantur, in quibus de itineribus Petri disputationibusque cum Simone mago institutis sermo est[1]). sed hoc totum litterarum genus a libro gnostico probe distinguatur oportet. haeretica acta antiquissima sunt. fortasse iam Clemens Alexandrinus narrationes quasdam de uxore liberisque Petri apostoli ex iis hausit[2]), quamquam non satis constat, num ipsum librum legerit an fama tantum et auditione fabulas istas acceperit. ex eodem libro Commodianus historiam de cane Petri iussu cum Simone colloquente[3]), auctor libri qui Didascalia Apostolorum inscriptus est[4]), nec non Constitutionum apostolorum auctor[5]) historiam de certamine inter Petrum et Simonem Romae instituto et de morte Simonis, Arnobius[6]) et Ambrosius[7]) itidem quae de casu Simonis narrant delegisse uidentur. Hieronymus in *περιόδοις* Petri et uxorem et filiam eius commemorari testatur; sed librum quem alibi cum Recognitionibus Clementinis confundere uidetur, numquam manibus contrectauit[8]). aliter de Augustino[9]) iudicandum est, qui in scripturis apocryphis, i. e. in actibus Petri quibus Manichaei utebantur, narrationem istam de filia Petri paralytica etiam in actis Philippi et in actis Nerei et Achillei traditam legit[10]). ex iisdem actibus Isidorus Pelusiota aliquot uerba Petri apostoli allegat, quae in actis Petri Vercellensibus infra prelo mandatis reperiuntur[11]).

---

[1]) Photius bybl. cod. 112. 113. Origenes comm. in Genes. tom. III Opp. t. II, 20 ed. Ruaeus. Epiphan. haer. 30, 15.

[2]) Strom. VII, 11, 63 p. 869; III, 6, 52 p. 535 ed. Potter.

[3]) Carmen apologet. p. 620.

[4]) Didascalia VI, 8 sq. graece ap. Bunsen Analecta antenicaena II, 325 sq.

[5]) Constit. Apost. VI, 7—9 p. 162—166 ed. Lagarde.

[6]) aduers. gentes II, 12.

[7]) in Hexaëm. IV, 8 (Migne series latina XIV col. 218).

[8]) adu. Iouinian. I, 26 t. II, 278 ed. Vallarsi *possumus autem de Petro dicere quod habuerit socrum eo tempore quo credidit et uxorem iam non habuerit; quamquam legatur in περιόδοις et uxor eius et filia.* cf. comm. in Galat. I, 18 t. VII, 394 Vall. *non ut oculos, genas uultumque eius* (*Petri Paulus*) *aspiceret: utrum macilentus an pinguis, adunco naso esset an recto: et utrum frontem uestiret coma; an ut Clemens in Periodis eius refert caluitiem haberet in capite.*

[9]) contra Adimant. 17, 5 Opp. t. VIII, 101 ed. Antuerp. 1700.

[10]) addit. ad acta Philippi ap. Tischend. Apocal. apocr. p. 149. 155 acta Nerei et Achillei in Actis SS. Maii t. III p. 10.

[11]) lib. II ep. 99 ad Aphrodisium (Opp. ed. Paris. 1638 p. 167) *οἱ μὲν οὖν ἀπόστολοι ἃ ἐχώρησαν ἔγραψαν, καθὼς Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο· Ἃ ἐχωρήσαμεν ἐγράψαμεν, ὁ δὲ κόσμος οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν.*

Inde a saeculo quarto exeunte acta Petri in usu frequenti scriptorum catholicorum fuerunt. ex iis Ambrosius Mediolanensis in latina belli Iudaici quam falso Hegesippi uocant historia[1]) narrationem illam de conflictu Petri cum Simone Mago deque morte apostoli sumsit, quae cum passionis apostoli narratione Lino adscripta passim ad uerba conuenit. ex iisdem multa descripserunt auctor actorum Nerei et Achillei[2]), syriacae praedicationis Petri compositor[3]), auctor libri *πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων* inscripti quo chronographi graeci inde a saeculo sexto saepe utuntur[4]), Symeon denique Metaphrastes uel quisquis ille est qui *τὸ ὑπόμνημα* in Petrum et Paulum consarcinauit[5]). quibus testibus accedunt Ambrosius Mediolanensis episcopus, qui in sermone contra Auxentium fugam et reditum Petri iisdem fere uerbis quae in actis Petri leguntur enarrat[6]); Augustinus, qui in epistula ad Casulanum[7]) et Pseudaugustinus uel Maximus Taurinensis, qui in sermone II in natal. app. Petri et Pauli[8]) fabulas quasdam ex eodem fonte deriuatas commemorat.

Acta Pauli catholica inde a saeculo secundo uel tertio in ecclesia summo in honore habita sunt. Origenes ea duobus locis laudat, uno qui in commentario in Ioannem, altero qui in libro de principiis scripto legitur[9]). ex iis quae priore loco excerpsit apparet *πράξεις* illas *Παύλου* simul de Petri passione mentionem fecisse. deinde Eusebius acta Pauli enumerat tum

---

1) Pseudohegesipp. de excid. Hierosolym. III, 2 p. 170—173 ed. Weber et Caesar.

2) Acta SS. Maii t. III p. 4 sqq.

3) apud Curetonium Ancient Syriac Documents p. 35 sqq. uersionis anglicae.

4) Ioannes Malala p. 325 sqq. ed. Oxon. Georgius Hamartolus p. 268 sqq. ed. Muralt. Cedrenus I, 362 sqq. ed. Bonn. Michael Glycas p. 438 sqq. ed. Bonn. cf. etiam uersiones slauicas a Socoloffio repertas, de quibus exposui in libro meo supra memorato p. 208 sqq.

5) Acta SS. Iun. t. V p. 411—424.

6) Migne series latina XVI col. 1053.

7) Epist. 36, 21 Opp. t. II col. 58.

8) Sermo 202 appendicis Opp. Augustini V, 2 c. 238.

9) in Ioann. tom. XX, 12 (Opp. IV, 322 ed. Ruaeus) *εἴ τῳ δὲ φίλον παραδέξασθαι τὸ ἐν ταῖς Παύλου Πράξεσιν ἀναγεγραμμένον, ὡς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον· Ἄνωθεν μέλλω σταυροῦσθαι, οὗτος κτλ.* De princ. I, 2, 3 (Opp. I, 54) *unde et recte mihi dictus uidetur sermo ille qui in actibus Pauli scriptus est, quia Hic est uerbum, animal uiuens.*

in scriptis apostoli addubitatis tum in libris Noui Testamenti quorum auctoritati contradicitur (*ἐν τοῖς ἀντιλεγομένοις*)[1]. auctor catalogi qui codici Claromontano adnexus est, actus Pauli inter canonicos libros[2], Anastasius Sinaita in Quaestionum et Responsionum appendice inter libros Noui Testamenti apocryphos refert.[3] caueas ne antiquissimos illos et maximi aestumatos actus siue acta Pauli cum actis Pauli et Theclae confundas, quae numquam acta Pauli sine additamento sed plerumque passio S. Theclae (*μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλης*) nuncupantur.

Longe alia ratio eorum actuum est, qui testibus Philastro[4], Ioanne Thessalonicensi[5], Photio[6] una cum actibus gnosticis Petri aliorumque apostolorum in haereticorum usu fuerunt. ex his Nicephorus fragmentum aliquod nobis seruauit, in quo *θηριομαχία* apostoli Ephesina describitur[7]. quae in iisdem actibus de lactis unda ex apostoli ceruice profluente narrantur, eorum memoria saepenumero a scriptoribus ecclesiasticis repetitur. perhibent hanc narrationem ex scriptoribus graecis Macarius Magnes[8], Pseudochrysostomus[9], Menaea Graecorum[10], ex scriptoribus latinis Pseudaugustinus in sermone I in natal.

---

[1]) Hist. eccl. III, 3, 5 *οὐδὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτοῦ (Παύλου) πράξεις ἐν ἀναμφιλέκτοις παρείληφα.* III, 25, 4 *ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή* (libri nothi paulo infra *τοῖς ἀντιλεγομένοις* adnumerantur).

[2]) apud Crednerum Geschichte des neutest. Kanon (ed. Volkmar) p. 177 *actus pauli uer. IIIDLX.*

[3]) apud Cotelerium Patres apost. ed. Clericus I, 197 et Crednerum l. c. p. 240 sq.: *ιθ' Παύλου πράξεις.*

[4]) Haer. 88.

[5]) praef. libri de dormitione Mariae l. c.

[6]) Byblioth. cod. 114.

[7]) Hist. eccl. II, 25.

[8]) IV, 14 Opp. p. 182 ed. Blondel (sermo est de Petro et Paulo apostolis) *ὁ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς τμηθεὶς αἵματι καὶ γάλακτι τὸν ὄφιν εἰς λιχνείαν ὥσπερ ἐδελέασεν, ὁ δὲ τῷ σταυρῷ τοῦτον εὐτόνως συνέκοψεν.*

[9]) Hom. in app. principes Opp. VIII, 2 p. 10 ed. Montefalc. *Παῦλος δὲ ὁ τρισμακάριος τὴν κεφαλὴν ξίφει ἀπετμήθη . . . ποῖον ξίφος διῆλθεν ἐκείνου τὸν λάρυγγα . . . ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὁραθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σὲ ἀνασκολοπίσαντος;*

[10]) Men. Iunii ed. Venet. 1683 p. *ρκ': καὶ ἐν Ῥώμῃ καταντήσας . . . ἐκεῖσε τὸν βίον κατέλυσε χρόνον ὕστερον μετὰ Πέτρου τὸν αὐχένα τμηθείς. ἐκ δὲ τῆς πληγῆς ἀπορρεῦσαι φασὶν αἷμα σὺν γάλακτι.*

app. Petri et Pauli[1]), Gregorius Turonensis[2]). ex eodem fonte hausta sunt quae Ioannes Chrysostomus de pincerna Neronis per Paulum ad fidem conuerso tradit[3]). quibus fortasse addere licet quae apud eundem scriptorem de concubina imperatoris, de praefecto carceris et de Agrippa praefecto urbis itidem ad sacra Christiana adductis leguntur[4]), quamquam ille actorum textus quem nunc in manibus habemus a Chrysostomi narrationibus plus minus discordat. Chrysostomum rursus Michael Glycas secutus est[5]). acta Petri et Pauli gnostica uitam et passionem utriusque apostoli seorsim descripserunt, Paulumque post Petri demum mortem Romam uenisse tradiderunt. unde orta est opinio illa, in Gelasii decreto haereticis tributa[6]), quae tamen interdum etiam apud catholicos scriptores occurrit, Petrum et Paulum scilicet eodem quidem anni die, sed non eodem anno mortem oppetiisse[7]).

---

[1]) Sermo 201 Opp. V append. col. 237 *de Pauli uero ceruice cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse magis lactis unda quam sanguinis.*

[2]) Glor. martyr. 1, 28 (p. 504 ed. Krusch) *ex cuius sacro corpore lac defluxit et aqua.*

[3]) Hom. 46 in acta app. (Opp. IX, 349) *λέγεται Νέρωνος καὶ οἰνοχόον καὶ παλλακίδα ἀσπάσασθαι.* Hom. 10 in 2. Tim. (Opp. XI, 722) *ἐπειδὴ δὲ τὸν οἰνοχόον αὐτοῦ (Νέρωνος) κατήχησε, τότε αὐτὸν ἀπέτεμεν.*

[4]) aduers. uitup. uitae monast. I, 3 (Opp. I, 48) *οὗτος ὁ Νέρων τὸν μακάριον Παῦλον . . . τοιαῦτα ἐγκαλῶν . . . παλλακίδα γὰρ αὐτοῦ σφόδρα ἐπέραστον πείσας τὸν περὶ τῆς πίστεως δέξασθαι λόγον, ἔπειθεν ὁμοῦ καὶ τῆς ἀκαθάρτου συνουσίας ἀπαλλαγῆναι ἐκείνης· τοιαῦτα γοῦν ἐγκαλῶν ἐκεῖνος . . . τὸν Παῦλον . . . τὸ μὲν πρῶτον ἔδησεν . . . τέλος ἀπέκτεινεν.* Hom. 3 in 1. Tim. (Opp. XI, 673) *προσέκρουσε γὰρ (ὁ Παῦλος) τότε τῷ Νέρωνι τινὰ τῶν ἀνακειμένων αὐτῷ οἰκειωσάμενος.* Hom. XVI, 5 in Antiochen. (Opp. II, 168) *μετὰ τούτων (τῶν δεσμίων) ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διατρίβων τὸν δεσμοφύλακα ἔπεισε, μετὰ τούτων τὸν Ἀγρίππαν ἐπεσπάσατο, μετὰ τούτων πολλοὺς μαθητὰς κατεσκεύασεν ὁ Παῦλος.*

[5]) Chron. p. 439 sq. ed. Bonn.

[6]) Decret. Gelasii apud Credner. l. c. p. 190 sq. (Thiel epp. Pontif. I, 455) (*Petro*) *addita est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, uasis electionis, qui non diuerso, sicut haeretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Caesare Nerone agonizans coronatus est.*

[7]) Pseudaugustini sermo V in natale app. Petri et Pauli in August. Opp. t. V append. col. 241. sermo XIX in nat. app. Petri et Pauli in Maii Nova Patr. Bybl. I, 1 p. 40. Prudentius Peristephan. hymn. 12 u. 3—28 (p. 152 sq. ed. Heins.). Nicephor. H. E. II, 37. Michael Glycas chron. p. 437 sq. ed. Bonn. Symeon Metaphr. in Act. SS. Iun. t. V

## I. Acta Petri et acta Pauli gnostica.

Passiones Petri et Pauli quae Lini episcopi Romani nomine feruntur primus edidit Iacobus Faber Stapulensis ad calcem commentariorum in epistulas Pauli, qui prodierunt anno 1512, iterum typis expressi sunt 1515 uel 1516[1]). utramque passionem Faber si ipsum audire uelis 'ad castigatiora exemplaria recensuit'. si uerum quaerimus, de codicum manuscriptorum auctoritate nihil curauisse dicendus est; sed ut illius temporis litteratores solebant, textum sescenties emendauit et ad stili elegantiam quam quinti decimi et sexti decimi saeculi homines affectabant accommodauit.

Sic p. 1 l. 6 scribit *miracula ostensa* pro *miraculorum ostenta* l. 7 *et diuersa* pro *seu aduersa immo diuersa* l. 9 *post passionem quoque multiplicem et flagellorum acerbitatem* pro *post passionum quoque multiplicum . . . acerbitatem* p. 2 l. 4 *luxu* pro *fluxu* l. 16 *nomina* pro *uocabula* l. 20 *adinuicem* pro *alterutrum* p. 3 l. 4 *se proripere* pro *proripere* l. 6 *conuenire* pro *coire* l. 16 *ad inquinamentum flectere* pro *ad inquinamentum commixtionis inflectere* p. 4 l. 5 *maerore confectus* pro *maerore affectus* l. 7 *delinimentis ac toto conamine refragari tentabat* pro *del. a coepto con. refr. temptabat* l. 12 *uindicaturus esset* pro *uindicaret* ibid. *reddidit responsum* pro *reddidit mandatum* l. 22 *aufugerat* pro *auerterat* ibid. *adhaesit* pro *adhaeserat* p. 5 l. 2 *innotescere fecit* pro *innotuit* l. 3 *in consessu* pro *in conuentu senatus* l. 4 *ad persuasionem urbis aeternae* pro *ad peruersionem u. ae.* l. 5 *emancipat* pro *mancipat* l. 9 *sub occasione in senatum uenit* pro *sub occasione senatus inuenit* l. 10 *innotescere . . . fecerant* pro *innotuerunt* l. 17 *nec nos nec illos* pro *ne nos ac illos* p. 6 l. 1 *leuauerunt uocem* pro *leuauerunt planctum* l. 1 sq. *ubi sunt uerba* pro *ubi*

---

p. 423. Ioann. Zonaras II, 479 ed. Bonn. Gregor. Turon. glor. martyr. c. 28 (p. 504 ed. Krusch). Isidor. Hispal. de uita et obitu sanctorum (in Monum. Patr. orthodoxographis Basil. II, 597). Arator ad Vigil. et Florian. de apost. hist. lib. II in Bibl. Patr. Max. Lugd. X, 141.

[1]) *S. Pauli epistolae XIV ex uulg. editione, adiecta intelligentia ex graeco cum commentariis Iacobi Fabri Stapulensis . . . accedit ad calcem Linus episcopus de passione Petri et Pauli ex graeco in latinum conuersa.* sub finem libri leguntur haec *Hoc opus illustratore Christi . . . absolutum fuit in coenobio S. Germani iuxta Parisios a. 1512 et eodem anno circa natalem dominicae de purissima uirgine natiuitatis diem ex officina H. Stephani emissum fol.*

*sunt uerba modo* l. 7 *in faciem* pro *ante faciem* ibid. *procidentes* pro *cadentes* l. 10 sqq. *cur quos . . . peperisti* (om sequenti *quos*) . . . *nos . . . exponis* mutata uerborum structura pro *cur nos . . . peperisti, quos . . . exponis* l. 10 *recenter* pro *nouiter* l. 15 sq. *indulserat* pro *se . . . indulserat* l. 21 *magistratibus* pro *magistrianis* l. 25 *regis iussione te impeteret* pro *regis iussio te impeteret* (mutato subiecto) p. 7 l. 1 *libere* pro *licentiose* l. 5 sq. *ut qui* pro *ut quia* l. 8 *non tam . . . quam* pro *non tantum . . . quam* l. 10 *senio ualde confecti* pro *affecti* ibid. *genasque uellentes* pro *genasque scindentes* l. 16 *solatio destituta* pro *solatio desolata* l. 16 sq. *accelerare festina* pro *accelera festinare* l. 19 *ultra modum* pro *ultra humanum modum* p. 8 l. 14 sq. *quorum fides expedit roborari* pro *quorum fides expetit roborari* l. 18 *sermone* pro *ammonitione* p. 9 l. 1 *tanquam* pro *quasi* (sic fere semper) l. 11 *audacia* pro *fidutia* l. 19 *decipientium* pro *deceptorum* p. 10 l. 11 *crucifigi fecit* pro *crucifigi iussit* p. 11 l. 1 sq. *tumultuantibus uocibus plebis adinuicem* pro *inconditis uocibus plebis* l. 13 sq. in loco Matth. 26, 53 textum uersionis uulgatae substituit l. 16 *Naumachia* pro *Naumachiae* p. 12 l. 1 *in monte* pro *in montem* l. 11 *euenturum* pro *uenturum* p. 13 l. 7 *a dominio diaboli captiuantis* (cum *E*) pro *a dominio diabolicae captiuitatis* l. 11 sq. *a populo salutariter depellis* pro *poculo salutari depellis* l. 24 *auocate* addit ad *illud quod inuisibile est* p. 14 l. 1 sq. *quid est quod tempus atteritis* pro *quid est quod tricatis* l. 3 sq. *ut spirituali adhaeream domino* pro *ut spiritu adh. domino* l. 8 *est crucifixus* pro *dignatus est pati* l. 13 *mysterialiter* pro *mirabiliter* p. 15 l. 11 *contabescerent animo* pro *delitescerent* p. 16 l. 4 *ex uero lumine* pro *de uero lumine* l. 6 *existens* pro *existis* l. 8 *principale* (cum *G*) pro *principale suum* l. 9 *cuius lapsus significat speciem* pro *cuius lapsus significatur specie* l. 14 sq. *in quo tu . . . quos inuenisti perituros* pro *in quo tu nos . . . inuenisti et perituros* l. 16 *quibus est audire promptum* pro *quibus est proprium audire* p. 17 l. 10 sq. *praesentia uidelicet ut aeterna et aeterna ducebantur ut praesentia et dextra sinistra* pro *praes. uid. pro sinistra et quae pro sinistra ducebantur aeterna* l. 26 *sermo solidus et uiuus* pro *sermo unus et solus* l. 27 *ceterum* pro *siquidem* p. 18 l. 2 *naturalia crucis* pro *lateralia crucis* p. 19 l. 2 *amicabilis actor et praefector* pro *amicus auctor et perfector* l. 12 *et aeterna refectio* pro *aeternae uitae refectio* p. 21 l. 10 sq. *suffragiis sancti Petri . . . confirmata est* pro *meritis s. Petri . . . confirm. est.* huc accedunt

multa alia quae non notaui. ordo uerborum ubi durior uidebatur correctus est, particulae hic adduntur illic immutantur, pronomina inter se permutantur etc.

Fabri editionem repetiuerunt Guilelmus Malerbault (Parisiis 1566), Laurentius de la Barre (Parisiis 1583) et Bybliothecae quae uocantur Patrum quarum nouissima est Bybliotheca Patrum maxima Lugdunensis (tom. II p. 67—73). textus cum iterum iterumque prelo mandaretur innumeris maculis conspersus et typographorum erroribus inquinatus est.

Passio Petri apostoli in plerisque codicibus a Lino episcopo graece conscripta et orientalibus ecclesiis tradita esse dicitur. idem interdum non solum passionis Pauli, sed etiam uitae Petri quae Abdiae nomine fertur codicibus inscribitur. in aliquot codicibus huius uitae etiam praefatio quae uerbis 'Licet plurima de apostolicis signis' incipit, epistula Lini uocatur. unde concludere licet Lini nomen primum passioni Petri additum fuisse et postea demum cum ad passionem Pauli tum ad Abdiae quem uocant librum translatum esse. quod autem Linum illum passionem graece composuisse dicunt, id certe non ita accipiendum est, ut ipsum illum textum quem hodie Lini nomine legimus graecis litteris conscriptum fuisse credamus. rectius iudicabis, si eum ex antiqua aliqua graeci libri uersione confectum, multis additamentis auctum et quod ad uerborum ordinem attinet nonnihil immutatum, paraphrastae potius quam translatoris opus esse statueris. ita quae statim ab initio passionis usque ad primi capitis finem leguntur, deinde quae capite V de custodibus carceris narrantur, genuino textui adiecta sunt. uerum is qui passionis textum in nouam formam redegit non solum multa addidit, sed etiam passionem ab antecedentibus actorum partibus abscidit.

Integer ut uidetur miraculorum textus, quatenus quidem Romae inde ab aduentu apostoli usque ad mortem eius in urbe patrata sunt, in codice latino Vercellensi nuper repertus est. translatio latina non eadem est atque ista quae apud Linum quem uocant legitur. etenim si utrumque passionis textum comparaueris, statim intelleges, non duas esse eiusdem latinae interpretationis propagines, sed duas graeci textus interpretationes latinas, cura stilo uerbis diuersissimas[1]. accedit

[1]) Videsis utriusque textus collationem quam institui in libro meo supra memorato II, 1 p. 109 sq.

quod ne graeci quidem libri ex quibus latinae uersiones confectae sunt, eundem uerborum tenorem seruauerunt. extrema actuum Vercellensium pars quae passionem apostoli complectitur etiam graeca, slavica, aethiopica, sahidica lingua ad nos peruenit. hi textus omnes eandem narrationis speciem atque formam praebent, multo illam quidem Pseudolini historia breviorem, quae licet nonnumquam uera seruauerit, tamen permultis locis ex textu prolixiore non solum leuiter et incondite excerpta sed etiam ineptissime decurtata et mutilata est. textus graecus, quem nuper ex codice Patmio in publicum proposui[1]), etiam in codice bybliothecae Batopedianae reperitur, ubi passioni apostoli multa praemissa sunt quae iisdem fere uerbis etiam in Vercellensi codice latino leguntur. Illius autem textus non ea cum uersione Vercellensi cognatio est, ut hanc ab illo originem traxisse credamus. uterque enim textus eiusdem quidem familiae est, a prolixiore textu quem Lini aiunt satis diuersae; sed mox hic mox ille ad alterius familiae textum propius accedit. itaque uersionem Vercellensem quamquam ex graeco translata est tamen non ex Patmio graeco translatam esse apparet. imo uero dubitare licet, num graeca Patmia originalis auctoris sint, an litteratoris cuiuspiam paullo recentioris aetatis, qui librum a Latinis acceptum suis studiis patriae rursus uindicauerit[2]).

Prolixioris textus uerba iam tertio uel quarto saeculo latine reddita sunt: nam ut supra monuimus iam Ambrosius Mediolanensis latina huius recensionis quam uocant uersione utebatur. eundem textum porro auctor anonymus uitae Petri, quae in passionum apostolorum collectionem Abdiae Babylonio adscriptam recepta est, sub finem saeculi sexti ad historiam ab ipso concinnatam adhibuit. addas actorum Nerei et Achillei compositorem, qui saeculo ut uidetur quinto in epistula quadam Marcello Petri discipulo subdita passionis textum commemorat, quem Linus graeco sermone ad ecclesias orientales scripserit. neque tamen hic prolixior textus, sed breuior ille quem codex Patmius graece, codex Vercellensis latine perhibet, ad orientales ecclesias Aegyptiorum, Aethiopum, Ruthenorum septentrionalium propagatus est. latina translatio iam in saeculi septimi codice

[1]) in annalibus meis quibus inscribitur Jahrbücher für protestantische Theologie 1886 p. 86 sqq.

[2]) cf. quae exposui in libro meo supra indicitato p. 619 sqq.

Clementis Recognitionibus subicitur; fortasse multo antiquior fuit[1]). uterque textus et graecus et latinus stili rusticitate orationisque insulsitate uehementer differt a prolixioris sermone non eleganti eo quidem sed sano et composito.

Actorum Pauli fata non omnino eadem atque actorum Petri fuerunt. uterque textus non eiusdem originis est. gnostica enim traditio uitas apostolorum non ut catholica coniunctim sed seorsim enarrauit. Paulus Roma discessisse fertur antequam Petrus in urbem ueniret, et post illius demum mortem ut et ipse martyrium pateretur rediisse dicitur. res et personae fabularum diuersae sunt. sed accuratam historiarum comparationem instituere nequimus. nam si fragmentum illud a Nicephoro seruatum et incertissima illa uestigia quae apud Chrysostomum inueniuntur omittas, nihil ex actis Pauli nisi una passio ad nostra tempora peruenit. passionis autem recensionum longe alia ratio est atque passionis Petri. habemus sane etiam passionis Pauli duplicem narrationem, unam prolixiorem alteram breuiorem. illa latine tantum, haec graece, latine, slauice, sahidice, arabice, aethiopice nobis prodita est. graeca passionis Pauli in iisdem codicibus Patmio et Batopediano reperta sunt, qui etiam martyrium Petri exhibent. quae uero de passionis Petri breuioris historia latissime inter orientales ecclesias sparsa exposui, ea magnam partem etiam in breuiorem Pauli passionem conueniunt. ambae igitur cum simul a Graecis ad orientem perlatae sint, iam apud Graecos inter se coniunctae et in eam formam quam nunc legimus redactae esse uidentur. sed inter prolixiores passionum textus nulla cognatio est. accedit quod passionis Pauli non duas sed unam tantum latinam translationem habemus. breuior enim textus, cuius fragmentum aliquod in tribus codicibus Monacensibus Marcelli libro quem uocant praemittitur, non ab alio interprete ex graecis in latina conuersus, sed a breuiatore quodam ex ipsis latinis uerbis quae apud Pseudolinum leguntur excerptus est. interdum uterque textus uerborum tum delectu tum ordine differt, ita ut alterius uersionis uestigia repperisse tibi uidearis; plerumque tamen tanta est utriusque consensio quae dubitationi uix ullum locum relinquat[2]). difficilius est de graeci textus origine aliquid certi statuere. inter hunc enim

---

[1]) cf. quae exposui l. s. p. 100 sqq.
[2]) cf. librum meum indicitatum p. 142 sqq.

et fragmentum Monacense eadem fere intercedit necessitudo atque inter graeca passionis Petri et textum Vercellensem. iam uero si textus Monacensis ex Pseudolini libro decurtatus est, quid tandem de graeci origine dicamus? concedamus oportet, Patmia graeca ex latina translatione iterum translata esse. quae sententia etiam aliis argumentis confirmari uidetur. nam primum quidem uerborum usus et structura cum in passione Petri tum etiam in passione Pauli saepissime latinum potius quam graecum auctorem redolet. deinde nusquam si quid uideo latina uerba ex graecis, haud raro graeca ex latinis emendari uel illustrari queunt. textus Batopedianus Patmio prolixior partim propius ad Pseudolinum accedit, partim interpolatus et a paraphrasta exornatus est. sed latini sermonis indiciis pariter atque Patmius scatet.

De tempore quo passionis Pauli textus compositi sunt similiter atque de Petrinis textibus iudicandum est. prolixior passio haud multo post prolixiorem Petri passionem quinto saeculo uel sexto ineunte scripta, uel potius de integro actorum libro sublata esse uidetur. breuior textus ne dicam eiusdem concinnatoris, certe eiusdem aetatis est atque breuior illa uitae mortisque Petri narratio.

Passionis Petri prolixioris codices manuscriptos, quorum raritatem olim Faber deplorauit, adhibui hos:

*A* = cod. Paris. lat. 9737 (suppl. l. 1674) membr. saec. XII f. 70[r] *passio sancti petri apostoli secundum linum papam.*

*B* = cod. Paris. lat. 12602 (Sangerm. 491 olim 473) membr. saec. XII fol. 6[r] *martyrium beati petri apostoli a lino episcopo conscriptum.*

*C* = cod. Paris. lat. 12611 (Sangerm. 498 olim 470) membr. saec. XII fol. 145[rB]. inscribitur passioni ut in *B*.

*D* = cod. Paris. lat. 12615 (olim Corbei. postea Sangerm. 490) membr. saec. XII/XIII fol. 10[r]. inscribitur passioni ut in *BC*.

*E* = cod. Paris. lat. 5273 (olim D. D. de Bethune Reg. 3858. 2850) membr. saec. XIII ineuntis fol. 8[rA] *martyrium beati petri apostoli a lino papa graece conscriptum et orientalibus ecclesiis traditum.*

*G* = cod. Lond. Add. 9959 membr. saec. XII fol. 25[r] *martyrium sancti petri apostoli a lino episcopo romano greca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum.*

*L* = cod. Lond. Arundel. 169 membr. saec. XII fol. 2[r] *passio sancti petri apostoli tercio kalendas iulii.*

His codicibus accedit

*H* = cod. Barberin. XXXIII, 118 ex schedis Lucae Holstenii, qui codex cum fere semper cum Fabri textu impresso conueniat, facile intellegitur eum ex illo ab Holstenio descriptum esse. inscribitur: *beati Lini Romani pontificis de passione S. Petri apostoli ad ecclesias orientales liber.*

Codicem *A* Maximilianus Bonnet descripsit; codicem *B* Henricus Gelzer, codd. *C*, *D*, *E*, *G* GGundermann, codicem *L* Edgarus Fripp discipulus carissimus in meum usum contulerunt. apographi Holstenii descriptionem Ioannes Schmidt qua est in me beneuolentia mihi transmisit. *f* littera signaui editionem principem Fabri Stapulensis.

Textum his subsidiis constitutum prelo mandaturus notitiam accepi quinque aliorum codicum qui in Analectis Bollandianis et in catalogo librorum hagiographorum bybliothecae Regiae Bruxellensis enumerantur.

Sunt autem hi: cod. Bruxell. 5519—26 saec. XII f. 53ᵘ *martyrium S. Petri a Lino papa Romano graeca lingua conscriptum et orientalibus ecclesiis destinatum;* cod. Bruxell. 7482 saec. XIII f. 225ʳ; cod. Bruxell. 9742 f. IIᵘ (saec. XV) — 4ᵘ (saec. XII); cod. Bruxell. 11550—55 saec. XIII ineunt. f. 94ʳ —97ʳ; cod. Leodiens. 57 saec. XIV f. 23ʳ. quorum codicum is quem primo loco commemoraui notatu dignissimus et codici *E* simillimus esse uidetur. piget me sero de eo audiuisse eumque ad passionis textum recensendum adhibere non potuisse.

Sub finem passionis multa leguntur, quae in uirtutum Petri librum Abdiae adscriptum transierunt. cuius textus duplicem formam habemus; alteram breuiorem, quae apud Lazium (Abdiae episc. Babyloniae historia certaminis apostolici Basil. 1551) et apud Fabricium (cod. apocr. N. T. II 402 sqq.), alteram quae apud Mombritium (in sanctuario t. II f. 196ʳᴮ sqq.) impressa est. ex Pseudolini libro omnia desumta sunt quae apud Fabricium inde a uerbis *ingens subito populi concursus factus est* 438, 16 usque ad finem reperiuntur, ita tamen ut textus saepe in breuiorem formam redactus sit. uberiora exstant apud Mombritium, qui post uerba *post haec autem Petrus Romam ueniens* (= Fabricii 429, 1) quaedam addit de feminis quae munda corpora seruare cupiebant. inde a uerbis *ante omnia castitatis gratiam pectoribus eorum inserebat* usque ad uerba *tunc Agrippa gratulatus est quia quod optabat Petro sub occasione inuenit* narratio Pseudolini de quatuor Agrippae concubinis excerpta est. deinde post

uerba Pseudo-Hegesippi (= Fabricii 438, 14) legimus haec: *Itaque Petrus reuersus intra urbem Romam cum gaudio narrabat fratribus, quod ei obuius fuisset dominus Iesus, et declarasset ei quod in ipso esset iterum crucifigendus. quibus cum manifestasset passionem suam, fletum omnes et ululatum emiserunt.* sequuntur uerba Pseudo-Lini paucis tantum omissis, quae ad orationem apostoli et ad uisionem Marcelli pertinent. finitur epitome his uerbis: *statimque ut plebs omnis respondit amen, Petrus reddidit spiritum et in hac plebis confessione migrauit ad Christum. statimque Marcellus non exspectata alicuius sententia . . . indicauit, quorum fides . . . confirmata est in nomine . . . Iesu Christi et in sanctificatione spiritus sancti cui est honor . . . in saecula saeculorum. amen.*

Codicum manuscriptorum binae familiae sunt, una quae codice *A*, altera quae codd. *BCDEGL* exhibetur. optimum textum praebet cod. *A*. nonnumquam singula uel plura uerba omisit, ordinem uerborum mutauit; raro a communi lectione reliquorum codicum textusque a Fabro impressi discedit. interdum cod. *A* propius ad textum impressum accedit, non solum in ordine uerborum sed etiam in ipsa lectionum uarietate. ex alterius familiae codicibus codd *BCD* inter se arctissime cognati sunt, ita tamen ut cod. *B* interdum cum cod. *A* faciat, dissentientibus reliquis. rarissime lectiones habet quae neque in *A* neque in *CD* reperiantur. cod. *D* fere semper textum codicis *B* sequitur. cod. *C* multis locis corruptus est, saepe scribendi genere a reliquis discrepat, interdum sed raro cum cod. *E* consentit. cod. *E* melioris notae est; propius ad textum editionis principis accedit, saepe textum codicis *A* uel consentientes lectiones codicis *A* et textus impressi confirmat. codices *GL* medium fere locum tenent inter codd. *BCD* et cod. *E*. ubi *G* et *L* inter se differunt, prior codex plerumque lectionem reliquorum eiusdem familiae testium seruat. textus editionis principis ex codice nunc deperdito haustus est, qui recensionem textus multis locis singularem praebuit, interdum cum cod. *A* uel cum codd *BCD*, saepius cum cod. *E* uel *EG* uel *EGL* concordauit. deficiente codice textus Fabri genuinus codicis instar est; quae Fabrum secutae sunt editiones typographorum erroribus scatentes prorsus neglegantur oportet. apographi Holsteniani lectiones ex Fabri editione paucissimis mutatis petitas exempli causa ab initio et ad finem textus a me prelo mandati adnotaui. in textu constituendo hanc regulam obseruaui, ut plerumque codicis *A* aucto-

ritatem sequerer, exceptis iis locis in quibus reliqui textus ad unum omnes inter se consentirent. textum concordantem codd. *AEGL* contra *BCDf*, codd. *AB* contra *CDEGLf*, codicis *A* et textus impressi contra omnes reliquos codd. retinui.

De orthographia pauca monenda sunt. scripsi cum plurimis optimisque codicibus *adquiescere*, *adspicere*, *admonitio* sed *astare*, *asserere*, *attingere*, *appropinquare*, *astrictus*, *annunciare*, *collaetari*, *iccirco* alia. item recepi codicum autoritate fretus scripturam *conubium*, *pelex*, *expirare*, *exequi*; scripsi porro *fidutia*, *temptare*, *dampnare*, *delinire*, *delinimenta*, *liniamenta*, *quatinus*, *rumphaea*, non quod eius modi formas praeferendas duxissem, sed quia codicum me commouebat consensio[1]). eadem de causa etiam barbarum nominatiuum *Xandips* pro *Xandippe* uel potius *Xanthippe* non tetigi. litterarum uocalium *ae* et *e* permutationem ut *Cesar*, *tedere*, *ledere* saepissime in codicibus occurrentem[2]) non notaui; neglexi etiam formas illas *michi*, *nichil*, quibus codd. *ACDE* sexcenties utuntur[3]). diligentius alibi scripturam codicum notaui, ut *ammirabilis* in *ACGL*, *ammonitio* in *CDGL*, *idcirco* in *DEG*, *blandiciae*, *racionabiliter*[4]), *optinere*, *optulerit* in *CG*, *obtabant* in *D*[5]), *spetics* in *C* alia.

quod ad res grammaticas attinet, imprimis coniunctionum et aduerbiorum usus a consueto differens notandus est. pro accusatiuo cum infinitiuo coniunctiones *quod* (post uerba dicendi uel sciendi) 8, 11. 10, 1. 13, 25 *quia* 3, 7. 5, 8. 20, 3 et *quoniam* 6, 2 (Roensch Itala und Vulgata 402) interdum occurrunt; semel *namque* postpositum 7, 23 (cf. Kühner, ausführl. lat. Grammatik II, 715). animaduertas porro coniunctiones *quatinus* = *quomodo* 4, 16 (Roensch 401 Woelfflin Archiv V, 407 sqq.), *non modo . . . quin etiam* 4, 3 sq., *nihilominus* = *tamen* 4, 20, *seu et* = *atque* 5, 1, *ut quid* = *cur* 10, 14, *siquidem* = *nimirum* 17, 11; 27; aduerbia *supereminenter* 2, 1, *alterutrum* = *inuicem* 2, 20 (Roensch p. 275), *modo* = *nunc* 7, 2, *uel* = *potius* 7, 14,

[1]) de assimilatione adhibita uel neglecta uide Neue, Formenlehre der lat. Sprache ed. 2 II, 706 sq.; de consonarum *c* et *t* permutatione uide Schuchardt, Vocalismus des Vulgaerlateins I, 153 sq.; de formis *temptare*, *damnare* Schuchardt I, 149. III, 77; de formis *delinire*, *liniamenta* Schuchardt I, 438, de forma *quatinus* Schuch. I, 399, de *rumphaea* Schuch. II, 115. III, 203.

[2]) cf. Schuchardt l. s. I, 223 sqq.

[3]) Schuchardt II, 526. III, 311 sq.

[4]) Schuchardt I, 153 sq.

[5]) Schuchardt I, 125 sqq.

*modicum* = *paulum* 11, 3 (Roensch 334 sq. Helmreich in Woelfflini Archiuio II, 129), *melius* = *potius* 21, 7, *parum* = *parumper* 22, 16. addas praepositionem duplicem *de sub caelo* 3, 15, adiectiua *omnimodus* 3, 1, *nimius* = *summus* 6, 8; genetiuos *innocentum* 9, 18 (cod *A*), *potentum* 10, 14 (sed *potentium CE*). praepositionum structura, casuum usus in codicibus nostris fere nusquam a regulis grammaticis abhorret. fere nihil notandum uidetur nisi *de Roma* 4, 19 in codd. *BCD*, *in saluatione* pro *in saluationem* 7, 9 in codd. *AC*. coniunctiuus plusquamperfecti pro imperfecto semel occurrit: 3, 21 *potuisset;* structurae uerborum inusitatae sunt *stabilienda noscuntur* 8, 16, *praetendere noscuntur* 18, 3 *dignus* cum infinitiuo 10, 7; graecum morem sapiunt *gloriari in aliqua re* (*καυχᾶσθαι ἔν τινι*) 10, 3 et infinitiuus quem finalem dicunt *crucifigi* 7, 28.

Pseudoabdiae ex passione Petri excerpta haud ita multum ad textum constituendum faciunt. nihilo tamen minus uarietatem scripturae apposui. usus sum quinque codicibus, in quibus uberior textus Abdianus exstat: codd. Barberin. XII, 28 saec. XI, Vatican. 1190 saec. XII, Regin. Suec. 541 saec. XII, Laurent. Plut. XXX, 4 sin. saec. XI, Regin. Suec. 539 saec. XIII/XIV. signaui literis minusculis *a*, *b*, *c*, *d*, *e*. codicum collationem Ioanni Schmidt acceptam refero. quae ex Abdia attuli critico qui ad Linum pertinet apparatui non immiscenda sed subicienda, et linea transuersa segreganda curaui.

Passionis Pauli prolixioris tot codices exstant in bybliothecis, quot uix possis litteris consignare. ad textum constituendum adhibui uiginti octo, ita tamen ut praestantiores quosdam seligerem, quorum uarias lectiones per totum librum notarem. reliquorum satis habui specimina partim longiora partim breuiora apponere.

*A* = cod. Paris. lat. 5343 (de la Mare 384 Reg. 4489. 8) membr. saec. XI f. 34r

*B* = cod. Paris. lat. 12602 (Sangerm. 491 olim 493) membr. saec. XII f. 12r

*C* = cod. Paris. lat. 12611 (Sangerm. 498 olim 470) membr. saec. XII exeuntis f. 151u

*D* = cod. Paris. lat. 3778 (Colb. 3294 Reg. 4042. 3) membr. saec. X f. 32u

*E* = cod. Paris. lat. 5273 (olim D. D. de Bethune Reg. 3858. 2850) membr. saec. XIII ineuntis f. 16r

*F* = cod. Paris. lat. 15437 (Sorb. 1047) membr. saec. XI f. 47u

*G* = cod. Paris. lat. 11750 (Sangerm. 495 olim 462) membr. saec. XI f. 66ᵘ
*H* = cod. Paris. lat. 5274 (Colb. 2532. Reg. 3859. 3) membr. saec. XII f. 2ʳ
*I* = cod. Paris. lat. 12615 (olim Corbei. postea Sangerm. 490) membr. saec. XII/XIII f. 18ʳ
*K* = cod. Paris. lat. 14363 (S. Victor. 189) saec. XII f. 131ʳ
*L* = cod. Londin. Arundelian. 169 saec. XII f. 10ᵘ
*M* = cod. Montepessul. H. 14 saec. XI f. 7ʳ
*N* = cod. Casanat B. I. 4 saec. X/XI f. 14ʳ
*O* = cod. Vatican. lat. 1193 saec. XI/XII f. 96ᵘ
*P* = cod. Vatican. lat. 1272 saec. XII f. 80ʳ
*Q* = cod. Sessorian. 5 saec. XI f. 163ʳ
*R* = cod. Regin. Suec. 541 saec. XII f. 116ʳᴮ
*S* = cod. Regin. Suec. 539 saec. XIII/XIV f. 116ʳ
*T* = cod. Barberin. XII, 29 saec. XI f. 187ʳ
*U* = cod. Vallicell. lat. Tom. I saec. XI/XII f. 206ᵘ
*V* = cod. Vatican. lat. 1190 saec. XII f. 23ʳᴮ
*W* = cod. Amiatin. 2 saec. XI f. 291ʳ
*X* = cod. Laurent. Plut. XX, 1 saec. XI f. 167ʳ
*Y* = cod. Laurent. conu. suppressi 298 saec. XIII f. 112
*Z* = cod. Londin. Add. 9959 saec. XII f. 31ʳ
*Γ* = cod. Londin. Cotton. Nero E. I saec. X f. 242ʳ
*Δ* = cod. Casin. 142 saec. XI p. 20 (Bibl. Casin. III, 1, p. 266)
*Θ* = cod. Casin. 149 saec. XI p. 32 (Bibl. Casin. III, 1, p. 302)
*f* = editio princeps Fabri Stapulensis
*m* = passio breuior tribus codicibus Monacensibus seruata.

Praeterea multorum aliorum codicum quibus sigla singulatim addere supersedi specimina quaedam tum ab initio tum ad finem libri adhibui. sunt autem hi:

cod. Paris. lat. 5222 (Colb. 81. Reg. 3654. 6) saec. XII/XIII f. 123ʳ
cod. Paris. lat. 5223 (olim Bigotian. 171) saec. XII/XIII f. 83ʳ
cod. Paris. lat. 5280 saec. XIII f. 279ʳ (fragmentum; desinit 16, 20 in uerbis *igne cremari*)
cod. Paris. lat. 5296 (Colb. 53. Reg. 3593. 9) saec. XIII f. 80ᵘ
cod. Paris. lat. 5306 (Colb. 775. Reg. 3654. 4) saec. XIV f. 141ᵘ
cod. Paris. lat. 5312 saec. XIII f. 104ʳ
cod. Paris. lat. 5357 (ex bibl. Putean. Reg. 3899) saec. XIII f. 167ᵘ
cod. Paris. lat. 10864 saec. XIII f. 68ᵘ

cod. Paris. lat. 11753 (Sangerm. 74) saec. XII exeuntis f. 15[r]
cod. Paris. lat. 11757 saec. XIII f. 128[r]
cod. Paris. lat. 12604 (olim Corbei. Sangerm. 489) saec. XIII ineunt. f. 12[u]
cod. Paris. lat. 13769 saec. XII f. 8[r]
cod. Paris. lat. 14301 (S. Victor. 371) saec. XI/XII f. 1[r]
cod. Paris. lat. 14365 (S. Victor. 207) saec. XIII/XIV f. 237[r]
cod. Paris. lat. 15030 pap. saec. XV f. 69[r]
cod. Paris. lat. 16737 saec. XII exeuntis f. 117[u]
cod. Paris. lat. 16821 saec. XII f. 48[r] (fragmentum; desinit 16, 20 in uerbis *paulum uero decollari*)
cod. Paris. lat. 17630 saec. XIII f. 146[u]
cod. Vatican. lat. 377 saec. XII f. 85[u]
cod. Vatican. lat. 1188 saec. XV f. 8[r]
cod. Sessorian. 49 saec. XIII f. 176[u]
cod. Venet. Marcian. 118 saec. XIV f. 8[rA]
cod. Casin. kk 792 saec. XI f. 7[r]
cod. Casin. 104 saec. XII (continet in folio qui libro manuscripto antepositus est aliquot actorum fragmenta, quibus commentarius interiectus est)
cod. Casin. N 419 saec. XIII f. 283[u] (fragmenta passionis notis interrupta)
cod. Florent. Laur. Plut. XX, 2 saec. XI f. 122[r]
cod. Florent. Laur. Plut. XX, 3 saec. XII/XIII f. 82[r]
cod. bybl. aedil. Florent. eccles. 133 saec. XI f. 157[u]
cod. bybl. aedil. Florent. eccles. 135 saec. XI f. 102[u]
cod. bybl. aedil. Florent. eccles. 136 saec. XI f. 249[u]
cod. Laur. conu. suppr. 231 saec. XIII f. 189[r]
cod. Mugellan. de nemore 13 saec. XI f. 149[r]
cod. Vallumbros. 665 (108) nunc 474 saec. XII f. 33[u]
cod. Florent. bybl. nation. II—1—412 saec. XIII f. 113[r]
cod. Monac. 4631 (Bened. 131) saec. XII et XIII f. 4[r]
cod. Bern. 94 saec. XIII/XIV f. 105[u]
cod. Vindobon. (Lunaelac.) 3785 saec. XIV f. 148[u]

denique aliquot alios codices quorum specimina attuli nulla commemoro. sunt autem hi:

cod. Taurin. 218 K. II. 24 saec. XII f. 175[r]
cod. Londin. Harleian. 3043 saec. XV f. 191[r]
cod. Londin. Harleian. 2801 saec. XIII/XIV f. 27[u]
cod. Leodiens. 57 saec. XIV f. 26[u]
cod. Bruxell. 64 saec. XII/XIII f. 118[r]

cod. Bruxell. 98—100 saec. XII f. 36[u]
cod. Bruxell. 380—82 saec. XV f. 85[u]
cod. Bruxell. 5519—26 saec. XII f. 58[r]
cod. Bruxell. 7482 saec. XIII f. 37[r] et f. 229[r] (fragmentum)
cod. Bruxell. 8059 saec. XV f. 102[r]
cod. Bruxell. 9742 saec. XII f. 4[u]
cod. Bruxell. 11550—55 saec. XIII ineunt. f. 97[r]
cod. Bruxell. apud D. Phillipps sign. 372 saec. XV f. 48[r] (cf. catal. codd. hagiogr. Bruxell. passim)

Numerus septuaginta octo codicum fortasse multiplicabitur, si quis bybliothecas Galliae, Belgicae, Hispaniae et Italiae, quarum mentionem supra intermisi, accuratius peruestigauerit.

codices *ABCDELMNRSTVT* integri, codices *FGHIKOPQ UWXYZΔΘ* et ii quos deinde sine siglo enumeraui ex parte tantum collati sunt. codicem *B* contulit HGelzer, reliquos codices Parisiacos, codd. *LZ* Londin., codd. Casin. *ΔΘ* GGundermann, codd. Florentinos FRoediger, codd. *NOPQ* Sessor. 49 Augustus Mau; cod. *M* integrum transscripsit MBonnet. codd. *RSTV* collationem ISchmidt, codd. Londin. *LΓ* EFripp mihi transmisit. codicis Marciani Hermannus frater, Vindobonensis Siegfr. Mekler, Monacensis CKrumbacher, Bernensis Hermannus Hagen specimina exscripserunt.

Ex his codicibus imprimis illos peruestigandos curaui, qui etiam passionem Petri quae Lini uocatur exhibent. in codd. *BCIZ*, qui utramque eidem auctori tribuunt, passio Pauli passioni Petri subnectitur; item in cod. *Γ*, qui tamen Lini nomen utrimque omittit. in cod. *E* inter utramque passionem uirtutes Petri quae sub Abdiae nomine feruntur (inde a uerbis *Tempore igitur Neronis Caesaris*) et sermo ad uincula Petri intercedunt; in codice *L* martyrium Petri quod Lini uocatur primum, passio Petri et Pauli quae Marcelli dicitur alterum, martyrium Pauli tertium locum obtinet. reliqui codices omnes passionem Petri quae Lino adscribitur omittunt, passionemque Pauli plerumque uirtutibus Petri subiungunt, rarius (ut codd. Paris. 5280 Sessor. 5 Casin. 142. 147 Venet. Marcian. XXI, 118 Vindobon. 3785 Harleian. 3043) post passionem Petri et Pauli Marcello adscriptam, rarissime (ut codd. Paris. 5312. 17630 Vatic. 377 Casin. kk 792) post Pseudohegesippi de morte utriusque apostoli narrationem ponunt. in iis codicibus qui utrumque Abdiae textum coniungunt, Lini nomen interdum utrobique (ut in codd. Paris. 5296. 5306. 13769 Vatic. 1190. 1272), interdum ante solas Petri uirtutes (ut in *MNRT*

Paris. 11757. 16737 Laur. Plut. XX, 3 Vallumbr. 665 Bruxell. 64) legitur. accedunt aliquot codices, qui Lini nomen uni Pauli passioni praefigunt, siue praemittunt siue omittunt Petri uirtutes, ut codd. Paris. 5312 (post Pseudohegesippi libellum) 14301. 16821 Vatic. 1188 (post uirtutes Petri) Bern. 94 (post Hegesippum) Monac. 4631 Vindobon. 3785 (post passionem Petri et Pauli) Flor. Bybl. Nat. II—1—412 Casin. 142. 147 (utrobique post passionem Petri et Pauli) Bruxell. 380—82 (post uirtutes Petri). saepius uirtutibus Petri Abdianis seorsim exscriptis Lini nomen praemittitur; nonnumquam praefatio illa quae incipit a uerbis *Licet plurima de apostolicis signis* in epistulae quam Linus iste scripserit formam redigitur. in paucis codicibus Lini nomen etiam in fronte narrationis Pseudohegesippi praeponitur. apparet igitur inscriptionem istam quae Linum graeco sermone orientalibus ecclesiis scripsisse narrat proprie ad martyrium Petri pertinere, et postea demum cum ad uirtutes Petri Abdianas tum etiam ad martyrium Pauli uel ad Pseudohegesippi libellum translatam esse.

Plurimis codicibus simpliciter *Passio sancti Pauli apostoli*, paucissimis ut Paris. 12604 *uita sancti Pauli apostoli* inscribitur. textus autem passionis non idem in omnibus est. sunt enim qui passioni priora uirtutum Pauli capita quae apud Pseudoabdiam leguntur (apud Fabricium, cod. apocr. N. T. II 441, 8 — 449, 18) praemittant, et utrumque textum in unum quasi corpus coniungant. ex quo numero sunt codd. *ASVΓ* Paris. 5322. 5323. 5306. 5302. 11757. 12604 Vatic. 1188 Sessor. 49 Leodiens. 57. quibus accedunt codd. *P* Paris. 5269 Bruxell. 8059, qui uitam uel actus Pauli a passione separant.

Denique notatu dignum est, quod in multis codicibus prologus iste qui uerbis *Paulus hebraice ammirabilis* incipitur passionem Pauli antecedit. huc pertinent praeter codd. *PV* Paris. 5269 Bruxell. 8059 etiam codd. *NQTUX* Laur. Plut. XX, 2. XX, 3 aedil. Flor. eccl. 133. 135 Mugell. de nem. 13 Bruxell. 64.

Sperabam fore ut in iis codicibus qui Lini nomine insigniuntur uetustissimam lectionem inuenirem. sed eundem fere textum praebent atque multi alii, quibus simpliciter passio Pauli inscribitur, nulla Lini episcopi mentione facta. hoc unum monendum est, illos codices qui passionem Pauli passioni Petri subiungunt (codd. *BCEILZΓ*), etiam inter se arctiore necessitudinis uinculo coniungi. sed textus eorum licet inter meliores

testes referendus, tamen non eius praestantiae est ut reliquis omnibus codicibus praeferatur.

Codicum manuscriptorum ingens multitudo difficillimam reddit radicum stirpiumque discriptionem. codices *MR* arctissime inter se cognati a reliquis omnibus longe discedunt. plerisque locis a litteratore haud inculto non solum interpolati sed etiam expoliti et in nouam elegantioremque formam redacti sunt.

Stili uenustas adeo mihi arrisit, ut aliquantisper haesitarem, an istos codices in textu constituendo eligerem. sed uetuit hoc auctoritas breuioris passionis duobus fere saeculis antiquioris, quae reliquorum codicum lectionem plerumque confirmat. uetuit etiam ipsa interpolationum ratio, quippe quae textum speciosiorem quam ueriorem praeberent. sic codices *MR* 23, 7 scribunt *hospitium* pro *horreum publicum* 24, 1 *fama uenerabilis* pro *fama* 24, 2 *toto orbi* pro *orbi Romano* 24, 8 *qui tamen si ad eum ore ad os loqui propter imperatorem non audebat* pro *quatinus si ore ad os illum alloqui non ualeret* 24, 14 *eius magisterio se subdebant* pro *eius magisterio manus dabant* 25, 4 *ad hospitium Pauli* pro *ad horreum ubi Paulus hospitabatur* 25, 5 *doctrinam uitae* pro *documenta uitae* 25, 7 *sequebantur* pro *sectabantur* 25, 15 om *satis excelsa* post *fenestra* 25, 17 sq. *et paene usque ad mortem contristatus super eum lamentabatur. post uero tempus planctus statuit alium* pro *contristatus est rex usque ad animam super mortem Patrocli statuitque alium* 26, 11 sq. *Paulus uero dixit eis* pro *dixit itaque Paulus ad turbas* 26, 14 *centuplicata segete* pro *centuplicata satione* 27, 1 *quasi a somno exurgens ex toto corde glorificabat deum* pro *tamquam a somno surrexit et coepit glorificare deum* 27, 3 sq. *laetantes et exultantes* pro *laetantes et gaudentes* 27, 6 sq. *paene absorberetur tristitia M* (*paene immensitate abs. tristitiae R*) pro *imm. abs. trist.* (om *paene*) 27, 8 *magnanimitas tua* pro *magnanimitas uestra* 27, 9 *ecce adest* pro *adest* 27, 11 sq. ad *recusabat eum introire et adstare suo conspectui* add. *putans fantasma esse.* haec exempla ex quatuor prioribus capitibus desumta sufficiant.

Altera codicum stirps subolem propagauit numerosissimam. tres familiae distinguantur oportet, quarum una codicibus *NT QUX*, altera codicibus *DFGK* et textu impresso (*f*), tertia reliquis omnibus codicibus repraesentatur. duae priores familiae paulo arctius cum codicibus *MR* cognatae sunt. saepe enim aut codices *NTQUX*, aut codices *DFGKf*, interdum etiam utriusque familiae testes cum codicibus *MR* consentiunt. quibus


accedit nonnumquam cod. *V*, tertiae familiae testis haud contemnendus. rarius codicum *MR* lectio reliquis tertiae familiae testibus confirmatur. cuncti autem alterius stirpis codices cum interpolationibus istis quarum supra mentionem fecimus intacti sint, non est quod eos altero textu contaminatos esse statuamus; sed textus quo interpolator usus est propius ad duas priores alterius stirpis familias quam ad tertiam accessit. tertiam familiam reliquis omnibus praeferendam esse existimo. ad hanc pertinent duae codicum propagines, scilicet praeter codices *BC EILZΓ*, qui passionem Pauli passioni Petri Lini nomine inscriptae subiungunt, etiam codices *AHOPSVWYΔΘ*. ex illis codices *BCI*, ex his codices *ASWY* arctiore inter se cognationis uinculo coniunguntur. interdum primum, saepius alterum genus cum codd. *MR* uel cum reliquis eiusdem stirpis familiis conuenit. codices *BCI* eiusdem originis sunt; saepius a lectionibus non solum codicum *AHOPSVWYΔΘ*, sed etiam codicum *ELZΓ* dissentiunt; nonnumquam singula uerba uel etiam totas enuntiationes omittunt. codices *Γ* et *L* cum quo codex *Z* fere semper facit, optimae notae sunt et a plerisque corruptelis quibus *BCI* foedantur immunes. minoris pretii esse uidetur cod. *E*, qui tamen cum multis locis cum codd. *AHSV* coniunctus sit, nonnihil ad genuinum textum reperiendum ualet. codd. Casinenses *ΔΘ*, cum quibus Casin. kk 792 constanter facit, eiusdem stirpis sunt, et ad codd. *HOPV* propius accedunt. inter reliquos tertiae familiae testes codicem *A* plurimi pendo. ex eodem fonte hausti sunt codices *SY*, qui fere semper cum *A* concinunt, etiam iis locis ubi *A* ab reliquis omnibus codicibus discrepat. sed non ea est horum codicum praestantia, ut eos nulla ratione reliquorum habita simplicitur praeferamus. interdum enim singula uerba aut omittunt ut 24, 10 *atque consilio* 30, 14 *Christi* (cum *NTΓ*) 30, 17 *ducentes* 34, 6 *consortem* (*A*) 35, 3 *facturis* (*A*) 38, 1 *ut abscedam* 38, 21 *populorum* 40, 5 *sacro* 43, 15 *Paulus* (*ARS*), aut addunt ut 24, 6 *Seneca nomine* 33, 17 *eius* post *bonitatis* 35, 7 *deus*, aut emendant ut 24, 3 *admirabili* (*A*) 28, 11 *adhaerebant* 29, 1 *praedicatores* 34, 15 *quia* 35, 18 *idolorum* 40, 17 *erigens* 41, 3 *ferre* 41, 16 *cernitis* 42, 1 *beneficio habito* 42, 22 *Nero uero* 43, 1 *ageret* 43, 3 *fuerant* 44, 5 *et* (*cum*) *spiritu sancto*. aliis autem locis *AS*(*Y*) reliquis omnibus aut fere omnibus dissentientibus uerum seruasse uidentur, ut 25, 14 *studiosius* 32, 17 *accommodare* (cum *R*) 33, 17 *ipsius* (cum *ELΓ*) 33, 18 *periet* (non *peribit*, cum

*ELΓ*) 35, 10 *superbiam* (om. *suam*) cum *DNT* 37, 15 *cucurri per multas passiones* 38, 9 *euocans* (pro *uocans*) 41, 18 *innumerabilium* (cum *f*) 42, 9 *horrifice* (cum *E*). codicem *V* codicibus *ASY* postponendum esse censeo; uidetur enim uariis lectionibus aliunde ortis contaminatus esse. cod. *H* plerumque cum *V* consentit. propius ad *A* accedit cod. *W*, medium fere locum inter *A* et *HV* tenere uidentur codd. *OP*. itaque in textu constituendo hanc regulam secutus sum, ut codicum *AS* auctoritatem ubi cum testibus eiusdem familiae consentiunt fere semper, ubi cum alius stirpis uel familiae codicibus consentiunt, plerumque seruarem. scripsi igitur *Acestus* non *Cestus*, *Parthenius* non *Parthemius*, *maforte* cum *ADSf*, non *mafora*. paucis locis ut 34, 13, ubi cum *NT id est ignem uenturum* recepi, regulam illam neglexi.

In uariarum lectionum quas ad calcem textus apposui delectu multis fortasse nimis prodigus uidebor. sed cum testium auctoritas mirum in modum fluctuaret, consultius duxi praeter codices *MR* cuiusque familiae testes binos uel ternos meliores delibare, quibus ab initio libri usque ad finem uterer, quam nimis tenui apparatu prolato arbitrii in iudicando uel temeritatis suspicionem mouere. itaque primae familiae codicum *NT*, alterius *Df*, tertiae quae multiplices ramos emisit codicum *AS*; *V*; *BC*; *E*; *LΓ* lectiones integras proferendas curaui. reliquorum specimina adhibui ut res ferebat partim (ut codd. *FGH*) locupletiora partim parciora. codicum quibus sigla apponere omisi passim mentionem feci, ut huius illiusue lectionis propagatio clarius appareret. cum codicibus *NTQUX* consentiunt codd. Vatic. 377. 1188 Laur. Plut. XX, 2 Vallumbr. 665 (474) aedil. Flor. eccl. 135 Mugell. de nem. 13 Laur. conu. suppr. 231; plerumque etiam Laur. Plut. XX, 3 aedil. Flor. 133; cum codd. *AS* Paris. 5322. 5323. 11757. 12604. 16737 et plerumque Sessor. 49; cum cod. *W* Flor. bybl. nat. II—1—412 (sed corruptior est) et aed. Flor. eccl. 136 (qui utriusque uitia coniungit), cum codd. *HV* cod. Paris. 5357. quibus accedunt codd. Marc. 118 Vindob. 3785 Bern. 94 tempore et condicione deteriores. cod. Paris. 14301 uetustior quidem est, sed caueas ne praestantiorem existumes. quae conferenda curaui specimina docuerunt scripturam a reliquis textibus Lini nomine insignitis saepenumero discrepantem. sed istae lectionum uarietates uidentur correctoris esse, qui suo Marte textum multis locis mutauit. cum codd. *ELΓ* faciunt codd. Paris. 5280. 5296. 14365. 16821; textum uariis

modis corruptum et contaminatum exhibent Paris. 5306. 10864. 11753. 17630.

Superest ut quae de codicum stirpibus familiisque exposui stemmate appicto illustrem.




De Fabro textus manuscripti emendatore fere eadem dicenda sunt quae ad passionem Petri adnotaui. p. 24, 8 scribit *quominus* pro *quatinus* 25, 6 *inductus* pro *ductus* 26, 5 *tentaret* pro *temptaret* 26, 10 *detulerunt* pro *attulerunt* 26, 12 *apparebit* pro *parebit* (? sed item *m* Paris. 11753) 27, 1 *de somno* pro *a somno* (sed item Paris. 5296) 28, 3 *destituet* pro *destruet* 28, 10 *capadox* pro *cappadocus* (sed etiam *m cappadox*) 29, 12 *nescio cuius regis* pro *magni regis* 29, 14 omittit *milites* 30, 2 om *omnium* 30, 5 scribit *quod* pro *quia* 30, 7 *cum autem* pro *cum enim* 30, 8 *dissoluet* pro *deuastabit* 30, 21 *direxerat* pro *direxit* 30, 22 *manifestatos* pro *manifestos* 31, 2 *ui* pro *uirtute* 31, 18 om *ego* 31, 20 scribit *flagratione* pro *conflagratione* 32, 14 *apparuerit* pro *apparuit* ibid. om *eum* 32, 15 *diligitis* pro *diligatis* 32, 16 *ut nullo pacto* pro *quatinus nullo pacto* 33, 1 *iste* pro *nobis* 34, 11 *ad concremationem* pro *concrematione* 34, 12 *atque ignem perpetuum* pro *ad quem ign. perp.* 34, 13 *hic est ignis uenturus* pro *id est ignem uenturum* 35, 11 *diuinitatis* pro *deitatis* 35, 21 *in ignorantiae tempestate* pro *ign. temp.* 36, 2—3 omittit *unde et dicitur . . . creauit deos* 36, 4 scribit *similes fieri uellent* pro *quibus similes fieri nollent* (*D*) 36, 11 *trunco ligneo* pro *trunco ligni* 36, 16 *propiciare nobis* pro *miserere nostri* 37, 1 *infoelix* pro *infidelis* 37, 13 *quod* pro *quia* 37, 16 *pati cupio* pro *patior* 37, 18 *ipsum* pro *illum* ibid. post *ueniam* addit *cum ueniet* 38, 1 scribit *audiam* pro *obaudiam* 38, 6 *tolleret* pro *ederet* 38, 12 *peractum* pro *perfectum* 39, 10 *et ei ut ipse apostolus iusserat* pro *et ut apost. iuss.* 39, 11 *autem et Parthenius et Pheretas* pro *autem ei Parth. et Feritas*

40, 2 *uenietis* pro *uenite* 40, 4 *signa* pro *signum* 40, 16 *bracchia* pro *bracchium* 40, 17 *cum tota ui* pro *cum uirtute* 40, 20 *exiluit* pro *exiliuit* 40, 21 *uitta* pro *stola* 41, 1—2 *odoris suauitas fragrauit et lucis immensitas . . . emicuit* pro *lucis imm. et od. suau. . . . emicuit* 41, 18 om *gloriosi* 42, 3 scribit *quamprimum* pro *quantocius* ibid. om *caelestia* ibid. *officiosissime* pro *deuotissime* 42, 20 *flagitia tua* pro *flagitia pessima* ibid. *multum sanguinis* pro *multum sanguinem* 43, 1 *agendum illi esset* pro *agere potuisset* 43, 2 *suadentibus ergo* pro *suadentibus uero* 43, 3 *liberos abire* pro *abire* 43, 7 *reformidauerunt* pro *horruerunt* 43, 10 *terrore* pro *timore*.

De rebus orthographicis uideas quae ad passionem Petri monui. taceo de uocalium et consonarum antistoechia, ut *ae* et *e*, *ae* et *oe*, *e* et *oe*, *i* et *y*, *e* et *i* (*quatinus*, *spiculator* cf. Schuchardt I, 382, *intelligere*), *c* et *t*, *c* et *ch*, *t* et *th* (*Galatha*, *baratrum*), *h* et *ch*, *m* et *n* (*nanque*, *utrunque*), *c* et *q* (*quur*, *quotidie; inicus*), *m* et *mp* (*sompno*, *contempno*), quarum rerum fere nusquam in notis mentionem feci. notaui permutationem consonarum *t* et *d* (*capud*, *uelud* cf. Schuchardt I, 124 sqq.), *b* et *p* (*optinere*, *optemperant*, *obtimus* cf. Schuchardt I, 125 sqq.); scripsi cum codicibus *iocundus*, *iocunditas* (Schuchardt II, 183). in consonis assimilatis uel non assimilatis iidem codices manuscripti mirum in modum fluctuant. satis habui optimorum codicum scripturam retinere, uarietatem scribendi passim adnotare, praesertim ubi rariores formae ut *imperpetuum* occurrebant. tacui etiam de aspiratione in quibusdam codicibus minoris auctoritatis ut *QU* Sessor. 49 Vatic. 377 Vallumbr. 665 (474) Mug. de nem. 13 Flor. conu. suppr. 231 uel omissa uel addita (*orreum*, *ospitabatur*, *abebant; hodor*, *hos*, *habibant* cf. Schuchardt I, 130 sq.). nam ea est codicum nostrorum indoles, ut res eiusmodi ad eorum originem uel patriam cognoscendam parum aut nihil facere uideantur. hoc unum addere placet, esse quosdam librarios, qui aliis constantiores in scribendo certam aliquam regulam obseruent; sic cod. *V* non solum *ignorancia*, *demencia*, *racio*, *operacio*, sed etiam *gencium*, *senciat*, *uincxi*, *scentenciam*, *inicus* scribit (cf. Schuchardt I, 153 sq.). consonarum assimilationem codd. *MΓ* plerumque neglegunt, alii ut *BCNT* frequentant.

De rebus grammaticis paucissima notatu digna uidentur. codicibus enim sexcenties descriptis et emendatis, quae a grammaticae regulis abhorrerent a librariis plerumque explosa sunt. permutationem accusatiui et ablatiui tertiae declinationis inter-

dum in singulis codicibus inuenimus, quam ubi res poscere uidebatur adnotaui, ut *super dilectionem* et *super dilectione* alia. usus coniunctionum saepius a consueto abhorret. sic *quia* pro accusatiuo cum infinitiuo 30, 5. 32, 7. 35, 2. 37, 13, *quoniam* eodem sensu 37, 18 (cf. Roensch, Itala und Vulgata 402 Sittl, die lokalen Verschiedenheiten der lat. Sprache, Erlangen 1882, 110 sqq.), *quia* ante orationem directam (= ὅτι) 36, 2, *namque* postpositum 25, 10. 33, 19. 35, 7. 42, 7. 44, 1 (cf. Kühner, ausführl. lat. Grammatik II, 715), *quatinus* = *quomodo* 24, 8. 32, 16 (Roensch 401 Woelfflin Archiv V, 407 sqq.), *siquidem* = *nimirum* 24, 13. 42, 22 *seu et* = *atque* 42, 11; addas aduerbia *nimis* = σφόδρα 28, 16 (Roensch 342), *modicum* = *paulum* 43, 16 (Roensch 334 sq.) *secus* praepositionis loco 25, 9 (Neue, Formenlehre der lat. Sprache II, 654 sq. 704), adiectiuum *nimius* = *summus* 28, 16. 42, 6. formae rariores sunt *periet* = *peribit* 33, 18 (Roensch 293 Neue II, 450), *exiliuit* 40, 20 (Roensch 287 Neue II, 513), *faciat* = *faciet* 34, 5 (*ABCDELRSVTf*). coniunctiuus plusquamperfecti pro imperfecto bis occurrit: *potuissent* pro *possent* 39, 18 (*BCDELNTVT*) et 43, 1 *potuisset* pro *posset*; infinitiuus pro *ut* cum coniunctiuo semel 37, 20—21 *(ueniam . . . iudicare)*.

Iam uero de adminiculis accuratius dicendum est, quibus ad breuiores uitae passionisque Petri et passionis Pauli textus recensendos usi sumus.

Actus Petri latine in codice manuscripto bybliothecae capitularis Vercellensis CVIII. 1. membr. saec. VII ad calcem Recognitionum Clementinarum leguntur. ibi f. 327[r] incipitur actuum textus uerbis his: *Pauli tempus demorantis romae et multos confirmantis in fide.* narratur de Pauli profectione in Hispaniam, de ecclesia Simonis artibus disturbata, de aduentu Petri in urbe deque uariis eius miraculis, de certaminibus apostoli et Simonis, de magi fraudibus detectis et de caelum petentis clade miserrima. subinde de passione Petri exponitur. incipitur f. 367[u] l. 23 uerbis *Petrus autem romae morabatur cum fratribus gloriosus in domino et gratias agens die ac nocte turba adueniente credentium in nomine christi. conueniebant autem ad eum et concubinae praefecti.* finitur f. 372[r] uerbis *expl. epistula scī petri cum simone mago quemadmodum naute portus ita scribtori nouissimus uersus.* codex Vercellensis primum a Guilelmo Studemund me et Henrico Holtzmann suadentibus exscriptus est. parabat ille actuum Petri editionem, quam diu cupideque sed frustra exspectabam. apographum Studemundi

plagulasque prelo subiectas, quas ille emendandas mihi transmiserat, ipsius precibus commotus perlustraui. exinde altum silentium. post annos cum librum meum de actis apostolorum apocryphis praepararem, uir egregius de apographo suo iterum mihi commodando recusauit. nihil igitur reliqui erat quam nouum codicis exemplum sumere. preces meas audiuit Hermannus frater, qui illam codicis partem quae est inde a fol. 359 in meum usum descripsit. post illum Fridericus Kluge collega coniunctissimus aliquot locos lectu difficiliores iterum inspexit. tandem de promissa Studemundi editione desperans priorem actuum partem describendam, posteriorem denuo conferendam curaui. itaque Gottholdo Gundermann autumno anni MDCCCLXXXVIII iter in Italiam parante ab illo petii, ut magna ipsius in me merita etiam hoc opere difficillimo augeret. uoti mei compos factus sum et integrum demum codicis exemplar accepi.

Codicem G Gundermann accuratissime descripsit. membranaceus est, foliorum 372, textus singulis columnis uicenorum quaternorum uersuum duodetricenarum fere litterarum scriptus est; in longitudinem latitudinemque 215 $\times$ 250 mm patet. membrana partim crassior partim tenuior, lineae stilo membranae impressae in margine transfossae, plagularum iuncturae sub finem folii extremi ad dextram infra numeris signatae sunt. scriptio plerumque continua est, nonnumquam puncto super lineola posito singula uerba disiunguntur. codex una eademque manu conscriptus est, exceptis foliis quattuor 359—362, quae manu paulo recentiore sed eiusdem saeculi VII suppleta sunt: complent unum binionem membranae tenuissimae, uersuum uicenorum ternorum, litteras fere triginta uel triginta quinque exhibentium. sub finem folii 362$^{u}$ septem uersuum spatium uacat. sed nihil omissum: librarius enim litteras aliquantisper coartando prius scripturam absoluit quam paginam impleuit. acta Petri cum Simone nulla inscriptione addita folio 327$^{r}$ Recognitionum textum excipiunt: folium 326$^{u}$ uacuum est. Recognitionum textus quaternionum XLII, textus actorum Petri olim quaternionum sex fuit. fol. 334$^{u}$ legitur numerus quaternionis XLIII, fol. 342$^{u}$ XLIV, fol. 350$^{u}$ XLV, fol. 358$^{u}$ XLVI. sequuntur biniones tres: scilicet binio alia manu suppletus fol. 359—362, binio fol. 363—366, binio fol. 367—370; finem faciunt duo folia 371 et 372. quaternionum ordo iam saeculo VII perturbatus est; nunc folio 368$^{u}$ inuenitur numerus XLVII. folia 363 et 364 uersuum uicenorum ternorum Recognitionum

sunt, a bybliopega antiquissimo hoc loco intrusa;[1]) post folium $368^u$ unum folium euulsum. quaternio XLVII olim folia 359—362; 365—368 complectebatur. sequebatur folium nunc desideratum, deinde folia 369—372, ita ut ultimi non tam quaternionis quam ternionis XLVIII unum folium uacuum maneret. folio extremo uacuo abscisso ultimi ternionis nec non quaternionis XLVII et XLVIII compages soluta, folium quo ternio XLVIII incipiebatur deperditum, quattuor folia 359—362 nescio quo casu corrupta et resecta sunt. deinde binione foliorum 359—362 a recentiore librario suppleto foliisque 363 et 364 perperam intrusis, quaternionum XLVII et XLVIII reliquiae denuo colligatae, et binionibus tribus foliisque duobus diuisae. corrector saeculi VIII nouum plagularum ordinem iam inuenit, textum ex Recognitionibus petitum in margine superiore foliorum $363^r$ et $365^r$ notauit, denique lacunam inter folia $368^u$ et $369^r$ indicauit. eadem manus textum passim correxit, in margine plagularum argumenta narrationum breuissimis notis comprehendit, aliis notis quid correctori de rebus narratis uideretur significauit. foliorum 363—372 margines partim abscissi partim discissi sunt; interdum extremae litterae marginis dextri, uel priores marginis sinistri perierunt. in membranarum paginis interioribus, quae olim carnem stringebant, atramentum palluit et passim prorsus euanuit. hinc tanta legendi difficultas, ut uiri docti de litteris uirgulisque explicandis saepe desperarent. multa uix aut ne uix quidem microscopio dignoscebantur; chymicas artes adhiberi custodes bybliothecae haud sine iusta causa uetabant. tandem Gundermanni arti diligentiaeque contigit omnes fere nodos expedire, ita ut paucissimis litteris exceptis ne desperatissimorum quidem locorum scriptura latitaret. quaternionis XLIII folia $327^r + 334^u$, $328^u + 333^r$, $329^r + 332^u$, $330^u + 331^r$; quaternionis XLIV folia $335^r + 342^u$, quaternionis XLV folia $343^r + 350^u$, quaternionis XLVI folia $351^r + 358^u$, et quae ex ordine quaternionum sequuntur, lectu sunt difficiliora. folia olim aliter atque nunc numerabantur. fol. 365, 366, 367, 368 fuerunt fol. 363, 364, 365, 366; folium 367 quod olim fuit, deperditum est; folia 368—372 fuerunt 369—371. palluerunt igitur quaternionis XLVII folia $366^u$ (nunc $368^u$), $363^r$ (nunc $365^r$), $364^u$ (nunc $366^u$), $363^r$ (nunc $365^r$); quaternionis XLVIII folia $368^u$ (nunc $369^u$), $369^r$ (nunc $370^r$), $370^u$

[1]) in Vercellensi Recognitionum codice haec folia non desiderantur, de qua re me certiorem fecit E C Richardson uir clarissimus. inde apparet Recognitiones ab eodem librario bis transcriptas esse.

(nunc $371^{u}$), $371^{r}$ (nunc $372^{r}$). interdum scriptura pallida manu recentiore nescimus cuius aetatis denuo atramento obducta est, e. gr. f. $350^{u}$ + $351^{r}$, $358^{u}$, $368^{u}$, $369^{u}$, $370^{r}$. ex eo quod foliorum $368^{u}$ + $369^{u}$ litterae hoc modo coniunctim palluerunt et instauratae sunt, iam Gundermann recte conclusit lacunam inter utrumque folium intercedere. deficit ut iam monuimus folium unum. scriptura madore confecta, fortasse etiam propter ipsius membranae qualitatem exstincta est. folia 359—362 manu recentiore suppleta melius conseruata sunt.

Codex noster ex archetypo ut Gundermann suspicatur saeculo quinto uel sexto litteris cursiuis exarato transcriptus est. permutatio litterarum *a* et *u*, quae interdum occurrit, ex archetypo perperam a librario lecto explicatur. uersio latina actuum Petri cum Simone quinto uel sexto saeculo instituta est, quo tempore uetus scripturae sacrae interpretatio quam italam uocant non prorsus abolita erat. uersionis Hieronymianae quae uulgata dicitur interpres actuum notitiam habuit, sed rarissime eam in usum suum conuertit. ecce locorum ex libris sacris sumptorum conspectus. quae litteris distentis excudenda curaui, uersionis uulgatae sunt; reliqua plus minusue differunt. 53, 4 sq. Matth. 18, 69: *lapidem molarem suspendi . . . si quis de fratribus scandalizasset, et in profundo mergi.* 58, 2 sq. Matth. 17, 19: *si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic transfer te et continuo se transferet* (Vulg.: *transi hinc illuc et transibit*). 67, 22 sq. Ies. 53, 4: *ipse peccata nostra portat et pro nobis dolet; nos autem putabamus eum in dolore esse et plagis teneri* (Vulg.: *uere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit; et nos putauimus eum quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum*; noster graeca accuratius reddit). 71, 15 sqq. Act. 8, 19: *rogo uos, accipite a me mercedem quantum uultis ut possim manum imponere et tales uirtutes facere* (haec etiam a graecis longe discedunt). 71, 32 Ies. 53, 8: *genus* (Vulg. *generationem*) *eius quis enarrabit?* 71, 2 sq. Ies. 53, 2 sq.: *et uidimus eum et non habuit speciem neque decorem* (haec propius ad graeca accedunt. Vulg.: *non est species ei neque decor; et uidimus eum, et non erat aspectus, et desiderauimus eum*). 72, 5 Ies. 7, 14: *ecce in utero* (om. Vulg.) *concipiet uirgo.* 72, 8 Dan. 2, 34: *lapis praecisus est sine manibus et percussit omnia regna* (Vulg.: *abscissus est lapis de monte sine manibus et percussit statuam etc.*). 72, 9 Ps. 117, 22: *lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli.* 72, 11 Ies. 28, 16: (*lapidem dicit*) *electum praetiosum* (Vulg.:

*probatum, angularem, pretiosum*). 72, 12 sq. Dan. 7, 13: *et ecce uidi super nubem uenientem sicut filium hominis* (Vulg.: *et ecce cum nubibus coeli quasi filius hominis ueniebat*). 77, 1 sq. Matth. 5, 44: *didicimus inimicos nostros diligere et pro persecutores nostros orare* (Vulg.: *diligite inimicos uestros . . . et orate pro persequentibus et calumniantibus uos*). 91, 1 sq. Matth. 16, 27: *retribuentem unicuique secundum facta sua* (Vulg.: *et tunc reddet unicuique secundum opera eius*). 99, 9 sqq. 1. Cor. 2, 9: *quae neque oculus uidit neque auris audiuit neque in cor hominis peccatoris ascendit* (Vulg.: *quod oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit*). 101, 4 sq. Matth. 8, 22: *sine inuicem mortuos sepellire* (Vulg.: *dimitte mortuos sepelire mortuos suos*).

Interpres noster ad textum graecum latine reddendum adhibuit linguam rusticam omnemque sermonis elegantiam respuit. sed caueas ne ipsi interpreti uitio uertas, quae incultus iste codicis Vercellensis librarius peccauit. itaque cum non codex septimi saeculi, sed ipse scriptor duobus circiter saeculis uetustior nobis edendus esset, in textu constituendo hanc regulam obseruare debebam, ut a barbarie saeculi V uel VI non abhorrerem, sed nihil in textum reciperem, quod eiusmodi esset ut ipsi auctori uix tribueretur. sed mox intellexi hanc rem iudicatu difficillimam esse. itaque ne quis dicat me mihi non satis constitisse, uel etiam multa me emendauisse, quae tangere non debuissem, in textu edendo codicis scripturam cum omnibus mendis religiosissime seruandam omniaque quae ad codicem emendandum proferenda essent in commentarium criticum reicienda esse amicis harum rerum peritissimis suadentibus statui. accipis igitur non scriptoris sed codicis editionem, nulla re mutata nisi interpunctione correcta, scribendi compendiis solutis, lacunis expletis capitulorumque numeris adiectis.

Iam uero de codicis indole rationem reddam accuratissimam. ac primum quidem de rebus orthographicis dicam. uocalium permutatio eadem est quam linguae rusticae propriam esse cognouimus, de qua re uide quae Schuchardt exposuit in libro 'Der Vocalismus des Vulgärlateins' (III tomi. Lipsiae 1866—1868). saepissime permutantur litterae *ae* et *e*, *e* et *i*, *o* et *u*; rarius *e* et *oe*, *a* et *i*, *a* et *o*, *au* et *u*. — *e* pro *ae* (Schuchardt I, 223 sqq.) sescenties occurrit: scribitur apud nostrum *seuitia*, *adherens*, *cesus*, *precedat*, *prestare*, *ethiopissimam*, *zebedei;* habes non solum nominatiuum singularis *praecluse*,

nominatiuum pluralem feminini *uestre* (29, 31) et *ex(cae)cate* (ibid.), sed etiam genetiuos *matrone, domine, turbe, anime, aricie, caife, mine; paterne, simplicissime, recte, inique;* neutr. plur. *que*, aduerbium *sepe*. *ae* pro *e* scribitur in *paecunia, praeces* (Schuchardt I, 378. III, 138), *praetium* (Schuchardt I, 418), *praesbyter* (Schuchardt I, 358), *aeclesia* (Schuchardt I, 329. III, 128), *aequites* (Schuch. I, 404. III, 142), *aepulari* (Schuch. I, 401. III, 142), *aelimosyne* (Schuch. I, 390), *inaergemam; adpraehendere, repraehendere, repraehensio* (Schuch. I, 388), *caecidi* (Schuch. I, 376); habes aduerbia *impiae, iniquae, mundae*, coniunctionem *atquae* (Schuch. I, 459. III, 149), sed plerumque *adque*. interdum scriptio codicis uacillat. scribit *paecunia* et *pecunia, praecari* et *precari, paenitere* et *penitere, caecidi* et *cecidi, aenergia* et *energia, iudaea* et *iudea, iudaei* et *iudei*. — *i* pro *e* non solum ab initio uerborum graecorum sed etiam alibi reperitur. codex habet *inergia* (49, 27), *inergaemam* (53, 26) cf. Schuch. I, 227 sqq. III, 112 sqq. Roensch, Itala und Vulgata p. 465; in uerbis latinis (cf. Schuch. I, 244 sqq. III, 117) *digni* pro *digne* 67, 8, *pilia* pro *pilea* 75, 9, *corporali* pro *corporale* 41, 13, *suscribtioni* pro *subscriptione* 57, 25, *acciperunt* pro *acceperunt* 74, 17 (Schuch. I, 309). saepius *e* pro *i* scribitur: *demittet* pro *dimittet* 47, 4 (Schuch. II, 72. III, 192), *fedum* pro *fidum* 68, 10 (Schuch. II, 9. III, 166), *contegissent* pro *contigissent* 65, 7 (Schuch. II, 12), *ingemescens* 52, 25 (Schuch. II, 59), *besteus* pro *bestius* (de masculino *bestius* uide Cangii thesaurum) 87, 6, *grande* pro *grandi* 57, 1, *caeleste* pro ablatiuo *caelesti* 72, 8, *omne* pro *omni* 81, 15 (Schuch. II, 85 sqq. III, 194); *uere* pro genetiuo *ueri* 60, 16 (Schuch. II, 80), *inferre* pro passiuo *inferri* 67, 4, *consummare* pro *consummari* 72, 15. huc pertinet etiam praesentis et futuri temporis permutatio: *dicitis* pro *dicetis* 58, 3, *credimus* pro *credemus* 60, 30, *ostenditur* pro *ostendetur* 62, 12, *discedis* pro *discedes* 63, 23 (Schuch. I, 279 sqq. III, 119), *sedimus* pro *sedemus* 68, 19; uersa uice *uidet* pro *uidit* 65, 16, *emittes* pro *emittis* 62, 5, *credes* pro *credis* 74, 24. — uocalis *u* pro *o* scribitur in *uastatur* pro *uastator* 46, 25 et *saluatur* 74, 14; 15 (Schuch. II, 100. III, 197), *adulescens* 69, 11 uetere usu (Schuch. II, 132 sqq. III, 208), *diabulus* 77, 4 (Schuch. II, 133. III, 209 Roensch 465), sed saepius *diabolus; inpusuerunt* pro *inposuerunt* 48, 15 (Schuch. II, 139), sed *inposuit* 58, 6, *posuisti* et *exposuisti* 64, 14 sq. etc., *posuerunt* 75, 16; *hoc* pro *huc* 52, 14. 74, 28, sed *huc* 75, 5. 77, 25 (Neue, Formen-

lehre der latein. Sprache ed. 2 II, 633. Schuchardt II, 190), et uice uersa *o* pro *u*: *temptator* pro *temptatur* 73, 27 (Schuch. II, 167 sq.). pronuntiatio uocalium *u* et *o* praesertim sub finem uocabulorum in lingua rustica non differebat; quo factum est ut ablatiui in *o* et accusatiui in *um* desinentes saepissime permutarentur: nimirum *m* consona cum omnino non aut de nare tantum audiretur, in scribendo modo omissa modo addita est (Schuchardt II, 94. 164 sqq.). saepe etiam uirgula, quae super uocalem posita accusatiui nota esset, omittebatur. hinc apud nostrum creberrima accusatiui et ablatiui permutatio. de qua paulo infra plura dicenda sunt. eodem modo explicaueris *fatuus* pro *fatuos* (76, 6), quamquam id genus uitia rarissime occurrunt. — *oe* pro *e* scribitur in *coepimus* pro *cepimus* 67, 2 (Schuch. II, 288. III, 261); *i* pro *y* in *neofiti* 46, 29 (sed *neofyti* 54, 16), *dionisius* 48, 1 (Schuch. II, 256 sqq.); *o* et *u* permutantur in *eubola* (semel *eubula* 71, 11) (Schuch. II, 190. III, 226), *u* pro *au* in *cludere* 68, 25, *cludos* 81, 22 (Schuch. II, 304 sq. Roensch 465); *a* pro *i* in *lapadantes* pro *lapidantes* 83, 20 (Schuch. I, 217); *o* pro *a* in *nazorenum* 54, 29 (Schuchardt I, 169); *a* pro *o* ante litteram *r* in *ignarantiam* 53, 25 (Schuch. I, 183 sq.). inter meros uero errores refero *conquinamenta* pro *conquinamento* 47, 3; item permutationem uocalium *u* et *a* in *candidum* pro *candidam* 45, 3, *portum* pro *portam* 49, 2 (cf. Schuchardt I, 175. III, 89), *sanabuntur* pro *sanabantur* 81, 16 (de qua re uide supra p. XXXVI); *altiis* pro *altius* 74, 12, *ut* pro *et* 46, 13, *et* pro *ut* 66, 19. 75, 11, *quae* pro *qua* 56, 30, *eam* pro *eum* 47, 25, fortasse etiam *munistrarentur* pro *ministrarentur* 79, 6, *ueniunt* pro *uenient* 64, 32 (sed uide quae Schuchardt scripsit II, 210). *i* duplicata in *i* simplicem iam apud ueteres contrahitur (Schuchardt II, 505; Neue I, 133. II, 523): apud nostrum habes *prandi*, *fili*, *ebri*, *quartanari*; habes etiam *petit* pro *petiit* (64, 26). uocales *a* et *au* in uerbis compositis non mutantur. legimus *obaudire* 65, 32. 68, 5; 6, *desalire* 59, 16, *adspargere* 66, 8 sq. (Roensch 466 sq.). addas uocales eiectas ut in *extimare* 73, 26 (Schuch. II, 435), *hostarius* pro *ostiarius* 56, 25 (Schuch. II, 457), uel intrusas ut in *prode esse* 74, 11 (Roensch, 468 Ritschl Opusc. 4, 761 sq.) uel non clisae *unianimis* (50, 24. 60, 29).

consonarum permutatio creberrima est. omitto quod librarius promiscue *f* et *ph* scribit: *propheta* et *profeta*, *blasphemare* et *blasfemia*, alia. in nominibus propriis graeca φ fere semper latina *f* reddita est: *filostrate*, *ifitus*, *caifas*.

multa quae apud nostrum inueniuntur iam ueteribus usitata sunt. huc refero permutationem consonarum *b* et *p*: *optulerunt* 46, 13, quod fortasse praeferendum est (Neue II, 728); *puplicum* 75, 6 (sed plerumque *publicum*); uice uersa *labsus* 58, 9, *scribtura*, *suscribtio*, *scribsimus* 57. 25. 61, 8. 67, 1; 2. 72, 14, *aboriatione* pro *aporatione* 69, 2 (Schuchardt I, 124 sqq. Roensch 456); *d* et *t*: *quod* pro *quot* 49, 23, *adque* 51, 29. 55, 18. 56, 30 (Neue II, 797), *ad* = *at* 64, 23. 65, 5; 10. 73, 13 (Schuch. I, 121), quamquam codicis scriptura uacillat; uice uersa *t* pro *d*: *aput* 75, 22 (Neue II, 726 Roensch 456); *g* et *c*: *uagauis* pro *uacabis* 74, 12, *gremia* pro *cremia* 76, 2 (Schuch. I, 124 sqq. Roensch 455). *c* pro *ch* praesertim in uerbis graecis usurpatur: *moecia* 47, 2, *baccari* 58, 22, *cathecizaram* 63, 13, *crysis* 79, 21, *ciragrici* 81, 15; rarius *ch* pro *c*: *sarchofagum* 101, 2. *qu* pro *c* semel occurrit: *inquipias* pro *incipias* 46, 6 (Schuch. III, 302); *c* pro *qu* habes in *cottidianis*, *cottidie* uetere usu 49, 13. 50, 23. 52, 20. 61, 11. 81, 17 (Schuch. II, 483). *c* pro *t* quod alibi usitatissimum est (Schuch. I, 153. III, 78) in hoc libro rarissime occurrit: semel legimus *gracia* 74, 21, semel *pacienciam* 76, 24. semel habes *tzi* pro *ti*: *thitzio* pro *titio* 56, 7 (Schuch. I 163). *ti* pro *s*: *exentiaremur* pro *exsensaremur* 69, 2. saepissime permutantur *u* et *b* (Schuchardt I, 75. 131 sq. Roensch 455 sq.). librarius ipse sibi non constat: scribit *uiuit*, *uibit*, *bibit*, *uiuus* et *uibus*, *seruus* et *serbus*, *inuisibilis* et *inbisibilis* etc. hic habes totam farraginem: *uibus* 47, 4, *introibit* 48, 26, *cessabit* 51, 12, *serbire* 51, 20, *serbos* 55, 22. 103, 2, *beneficis* 56, 5, *inbisibilis* et *inbisibilem* 63, 30. 68, 4, *demonstrabit* 64, 6, *introibit* 65, 9. 66, 29. 69, 7, *bos* 70, 20, *iubenibus* 73, 20, *brebi* 81, 23, *scibit* 101, 9; *reuelauit* 45, 8, *uideuitis* 48, 30, *extirpauitur* 51, 33, *inprouissime* 57, 11. 60, 1, *fundauis* 62, 30, *uiuit* 67, 26, *consolauitur* 68, 1, *enarrauit* 71, 32, *uagauis* 74, 12, *grauato* 74, 1. 85, 5, *inuisiuilis* 74, 15, *cremauimus* 75, 30, *leuauit* 76, 28, *ciuaria* 77, 11, *deuitrice* 81, 11, *aluini* (pro *Albini* ut plerumque), 87, 1 *intrauit* (pro *intrabitis*) 95, 13. *u* pro *g* habes in *fraumenta* 59, 17 (Schuch. II, 499. III, 308), *s* pro *x* reperitur in *sanctippe* 87, 17 pro *xantippe* (Schuch. I, 132 Roensch 457), *x* pro *s* in *externa* pro *hesterna* 48, 26. 56, 29 (Schuch. I, 132. III, 68. 273). permutatio consonarum *m* et *n* aliis usitatissima (Schuch. I, 109) apud nostrum raro fit: habes tamen *uolumtas* (semel) 45, 7, *contemtionem* 69, 25.

alia multa certo inter menda scripturae referenda sunt: *b* pro *d*: *rabiis* 49, 4; *d* pro *g*: *effuderant* 61, 21; *h* pro *d*: *adhuc*

(*adduc*) 77, 26; *p* pro *f*: *passi* (*fassi*) 65, 12; *t* pro *r*: *quaestionati* 65, 10; *t* pro *f*: *tactis* 54, 26; *t* pro *i*: *tam* 76, 18; *n* pro *d*: *cuinam* 64, 7; *r* pro *t*: *excaecare* 93, 10; *t* pro *m*: *suaderet* pro *suaderem* 54, 25; *s* pro *t*: *succurras* pro *succurrat* 68, 29; *t* pro *m*: *portat* pro *portam* 65, 13. assimilatio litterarum *d* et *n* (Neue II. 706 sqq.) plerumque neglegitur. librarius scribit *adfligere*, *adparere*, *adstare*, *adloqui*, *adcedere*, *adferre*, *adprobare*, *adpropinquare*, *adpraehendere*, *adnuntiare*, *adplicare*, *adponere*, *adtendere*, *adnuere*, *adtuli*, *adclamare*, *adclamatio*; *inlaudare*, *inmittere*, *inligare*, *inponere*, *inputare*, *inpendi*, *inpingi*, *inretire*, *inpostor*, *inpetus*, *incorruptus*, *inpius*, *inprobus*, *inrecessibilis*; *conplures*, *conlocutio*, *conmittere*, *conparere*, *conplecti*, *reconponere*; *subportare*, *subclamare*. rarius inuenimus formas assimilatas *alleuare*, *ascendere*, *accedere*, *apparere* (69, 7), *impius*, *impietas*, *improbus* (56, 6), *immundus*, *succlamare*. littera *b* assimilatur in *ommutescere* 62, 14; 15 (Roensch 462 Neue 714). aspiratio promiscue additur uel omittitur (Schuch. I, 130 sq. Roensch 462 sq.). scribitur *hostiarius* 56, 25; 27 (sed *ostia* 56, 15); *coibitus* 62, 16; *hii* pro *ii* 68, 25. 73, 8. 77, 20; *ora* et *oris* pro *hora* et *horis* 50, 11. 60, 4. 61, 1. 68, 16, et *hora*, *horta* pro *ora*, *orta* 57, 20. 70, 1; *externa* pro *hesterna* 48, 26. 56, 29. aspiratio graecorum uerborum modo additur modo omittitur: *cathechizati* 49, 11, *cathatema* 56, 6, *bytinorum* 49, 16, *aristhon* 51, 25. 52, 1 (sed *ariston* 51, 17. 52, 5. 18. 24. 53, 13), *anabatras* 69, 31, *anatema* 71, 30. consonae intrusae, praemissae, duplicatae saepe occurrunt; habes interdum *p* inter *m* et *t* ut in formis usitatissimis *temptatio*, *temptare* 52, 26; 29. 53, 22. 54, 24. 56, 10. 66, 2. 71, 18. 73, 25; 27, *contemptum* 54, 29 (Schuch. I, 149. III, 77); habes porro *n* ante *s*, *x*, *q*: *occansio* 63, 8 (sed plerumque *occasio*; Schuch. I, 112 Roensch 459), *formonsus* 68, 2. 87, 1 (Roensch 458 Schoenwerth-Weyman in Woelfflini Archiuo V, 195 sqq.), *thensaurus* 68, 12 (Schuch. I. 112 Roensch 459), *relinquisse* 81, 7 (Koffmane, Gesch. d. Kirchenlat. 107), *fincta* 83, 16 (Neue II, 563), *coniunx* 87, 2 (Neue I, 139); sed uix tolerandum *adornantes* pro *adorantes* 49, 6. habes prosthesin in *scoruscare* 68, 31 (Schuch. II, 378), duplicationem in *comminus* 71, 13 uetere usu (Neue II, 756), *sepellire* 101, 5 (Roensch 460); habes *n* intrusum in *hunc* pro *huc* 71, 12, *putans* pro *putas* 71, 18; *s* intrusum in *epsimenia* 50, 2 (Schuch. III, 76). consonarum duplicatarum altera omittitur: *aeçlesia* 48, 19. 56, 6, *cucurit* 61, 26, *cucurerunt* 70, 28, *fuise* 63, 16, *fuiset* 68, 16, *agripino* 63, 19. 64, 7 et *agripae*

85, 15 (sed alibi *agrippinus*, *agrippa*). interdum *b* ante *s* et *s* ante *c* eicitur ut *suscribtioni* 57, 25 (Schuch. I, 148 Neue II, 775); item *r* ante *c* in *nacissum* 49, 15; *r* ante *s* in *susum* 59, 20. 95, 7 (Neue 638 Roensch 460); *n* ante *s* in participio *inuolues* pro *inuoluens* 66, 30; *t* post *s* in *obsetrix* 72, 7. 79, 20 (cf. Loewe, Prodr. p. 423). saepissime *m* sub finem uocabuli eicitur (Schuchardt I, 116 Roensch 462), non solum si sequens uocabulum eadem litera *m* incipitur, ut *que manus* pro *quem manus* 68, 4, *domu meam* 66, 9, *cum̃arcello* 69. 20 (sed uice uersa *amplectentem marcellum* 58, 25, *manum misisti* 77, 7), sed etiam alibi, ita ut accusatiuus in ablatiui modum formatus esse uideatur. fit etiam ut *m* in fine uocabuli abundet. sed de his paulo infra accuratius disputabo. hoc loco satis habeo formas adnotauisse *septe* pro *septem* 61, 36, *pala* pro *palam* 63, 25, *quonia* pro *quoniam* 70, 24, *uelle* pro *uellem* 48, 3, *discedere* pro *discederem* 48, 4. interdum littera *s* sub finem uoculae abicitur (Schuch. I, 116). sic *ui* pro *uis* 50, 27, *simoni* pro *simonis* 70, 12, *dona* pro *donas* 55, 9, *spoliasti* pro *spoliastis* 63, 9, *dicente* pro *dicentes* 69, 3; saepius deest *t*: *interesse* pro *interesset* 53, 12, *ambulaui* pro *ambulauit* 53, 31, *dici* pro *dicit* 67, 21, *refrigerare* pro *refrigeraret* 51, 27, uel *n* ante *t*: *mitteret* pro *mitterent* 61, 5. apocopen syllabae habes in *discere* pro *discedere* 69, 24 (ubi manus 2 *discedere* scribit), *enarre* pro *enarrare* 69, 10, *gere* pro *gerere* 72, 22 (Schuch. II, 391 sqq.), *credisse* pro *credidisse* 71, 7, *excate* pro *excaecatae* 76, 7 (Schuch. II, 434 sqq. III, 294); duplicationem syllabae in *tradidi* pro *tradi* 57, 23.

de formatione uocabulorum quam dicunt notanda sunt haec. substantiua in *-tor* et *-trix* desinentia saepe occurrunt: *seductor*, *inplanator*, *uorator*, *uastator* uel *uastatur*, *dissipator*, *deceptor*, *sollicitator*, *debitrix*; in *-ius*: *gubernius*; in *-ium*: *exterminium*, *altarium*, *refrigerium*; in *-io*: *turbatio*, *porticatio*, *aporiatio*, *inplanatio*, *communicatio*, *seductio*, *adinuentio*. adiectiua in *-bilis*: *inaccessibilis* 66, 26, *inrecessibilis* 93, 3, *incredibilis* (= *infidelis*) 47, 17. 62, 5 sq., *possibilis* et *impossibilis* 59, 31 sq.; in *-alis*: *carceralis* 7, 6, *carnalis* 17, 18. 18, 17, *corporalis* 55, 28. 97, 17, *magnalia* 52, 12. 63, 15; in *-icus*: *podagricus*, *ciragricus* 81, 15, *exiliaticus* 85, 7; in *-arius*: *quartanarius* 81, 15; in *-atus*: *inpuderatus* 60, 1. 62, 4; aduerbia in *-iter*: *amariter* 54, 7, *capaciter* 67, 3. uerba deriuata sunt: *refrigerare*, *contumeliare*, *blasphemare*, *geniculari*, *honorificare*, *repausare*, *maleficare*, *furiari*, *saluare*, *ualefacere*; uerba composita: *demorari*, *exsensari*, *con-*

*stabilire, perstabilire, inlaudare, reaedificare, abnegare, perstirpare, exorbare, circumsplendere, demutare, recogitare, confortare, superponere;* uerba bis composita: *recomponere, abrenuntiare, coadunare, contraresistere, adimplere, perseducere, subintrare, abrelinquere;* addas substantiua *adconcussio, adinuentio, repromissio.* praepositiones aduerbiis compositae uel praemissae sunt: *a longe* 49, 3 (Roensch 231), *adinuicem* 49, 8 (Roensch 232), *in palam* 58, 29. 63, 25, *interdius* 56, 30 (Roensch 237 Neue II, 675) uel *interdie* 68, 33 (Roensch 237), *in mane* 69, 21. 70, 2, *in comminus* 71, 13 (Roensch 233): praepositio duplex: *ab ante* 95, 12 (Roensch 234 Neue II, 697). praepositio *pro* bis in uerbis compositis legitur, ubi *per* et *prae* expectes: *proficeret* pro *perficeret* 53, 25, *proualebat* pro *praeualebat* 53, 27.

de formis casuum pauca monenda sunt. de nominatiuis *uastatur, saluatur* iam supra dixi. genetiui *nostrum = nostrorum* 50, 1, *duum* 63, 20. 64, 6, *mensuum* 61, 35 etiam apud ueteres leguntur (cf. de forma *nostrum* Neue II, 188 de *duum* Neue II, 145 Roensch 277 de *mensuum* Neue II, 260 Sittl in Woelfflini Archiuo II, 563). inusitatus est ueteribus genetiuus pluralis *simplicum* 55, 26. 57, 6; 11; item datiuus *ambis,* qui 72, 21 occurrere uidetur (nisi forte *ab his* cum Vsenero qui Ouid. Met. 8, 611 confert, retinendum est).

metaplasmus quem dicunt haud raro reperitur. sic prima declinatio pro tertia usurpatur in substantiuis graecis: *fantasma, ae* 63, 17, *inergaema, ae* 53, 26, *anabathra, ae* 69, 31 (Koffmane, Gesch. d. Kirchenlateins 36; sed talia iam apud ueteres occurrunt, cf. Neue I, 326 sq. Buecheler de declinat. lat. [5] p. 6); secunda pro tertia: *altarium* 46, 17; secunda pro quarta: *senatus, i* 75, 15 (Neue I, 353 Roensch 262); tertia pro secunda: *pueris* (genetiuus) 77, 21 (sed plerumque *pueri*); quarta pro secunda: *lectu* (sed alibi *lecti, lecto*) 75, 10 (Neue I, 526 Roensch 263). item adiectiua secundae declinationis pro tertia: *pauperi* 55, 3, *pauperos* 65, 22, *pauperorum* 55, 4. 64, 26. 65, 20 (Neue II, 92; cf. Anonym. adu. aleat. 6) et tertiae pro secunda: *blandis* 64, 11, *infirmis* 52, 19. 54, 7. 60, 5 (Roensch 274 Sittl in Woelfflini Archiuo II, 578 Hartel ibid. III, 35).

permutatio generum saepissime fit, sed certis quibusdam regulis coercetur. haud raro adiectiua uel participia generis masculini cum substantiuis generis neutrius coniunguntur (Roensch 277 Miodoński, praefatio ad Anonym. adu. aleat. p. 18 sq. 22): *incredibilem uisum* 57, 12, *talem uisum* 83, 13,

*alium signum* 60, 23, *omnem aurum* 63, 6, *lumen inaccessibilem* 66, 26, *lumen inenarrabilem inuisibilem* 68, 33, *omnem uasum* 79, 21. accedit quod genus masculinum pronominum relatiuorum *qui* et *quidam* saepissime substantiuis feminini uel neutrius generis additur (Roensch 277): *quem* (*feminam* uel *matronam*) 64, 28. 65, 7, *gratia quem* 61, 12, *uirgines qui* 79, 10, *uox qui* 97, 16 (bis, sed paulo post *quae*), *partem quem* 95, 7, *lingua per quem* 97, 14; *tempus quem* 77, 29, *signum quem* 97, 1, *uerbum qui* 97, 14, sq. (sed cf. etiam quae Roenschius monuit p. 266) *quendam candidum* i. e. *candidam* 45, 3, *quendam nomine rufinam* 46, 14, *mulierem quendam turpissimam* 70, 8 (sed retinuit *quandam* 63, 2). rarius substantiua neutrius generis masculina, uel masculina neutra facta sunt. illuc pertinet *euangelium* . . . *eum* 66, 29 sq., accusatiuus *decorem* 72, 1; huc *satyriscum habens* (pro *habentem*) 63, 20, *satyriscum uenale* 64, 6, *satyriscum* . . . *quod* 64, 33, *gladium nostrum* 70, 16 (cf. etiam Roensch 269 sqq.). aliter statuendum esse uidetur de participiis pronominibusque masculinis quae ad femininum *sarda* referuntur: *eum*, *factum*, *totum eum* 61, 3; 4; 6. haec enim masculina non ad sardam, sed ad praecedens masculinum piscem relata esse uidentur. interdum in generum permutatione nullam regulam obseruare potui. conferas *hunc* pro *hanc* 60, 28, *eam* pro *eum* 47, 25, *eam* pro *ea* (neutr. plur.) 55, 8, *quae* pro *qua* 56, 30; animaduertas etiam 69, 12 manifestissimum librarii errorem *alii* pro *aliae* (uersu 11 *aliae* antecedit).

de comparatione adiectiuorum pauca notanda sunt. commemoro *tam sapientior* 54, 34, *maior constans* 69, 16 (cf. Ott, Die Doppelgradation des lat. Adj. in Jahrbb. f. Philol. 1875 p. 788), *liberalis magis* 75, 14. pro superlatiuo *ethiopissimam* 70, 8 sq. legendum uidetur *ethiopissam*. — interdum coniugatio uerborum uitiosa reperitur. secundam coniugationem pro tertia habes fortasse in *emittes* (62, 5), *credes* (74, 24) cf. Miodoński Anonym. adu. aleatores p. 19. uerbum *odire* linguae rusticae usitatissimum (Roensch 281 sq. Neue II, 617) legitur 57, 18; addas participia perfecti temporis *tultus* 85, 6 et *adtultus* 76, 18 (cf. Vsener, Rhein. Museum XXXVII [1882] p. 479 sq.), indicatiuum perfecti *introiuit* (sic semper cf. Neue II, 624) et *scierunt* 85, 18 (Neue II, 522). genera uerborum haud raro permutantur. deponentia sunt *certari* 70, 1 (Roensch 302) et *inluminari* (i. e. *conspicere*) 67, 9. lapsus calami uidetur esse *fundari* pro *fundare* 53, 18 sq., cum plerumque recte exstet *fundare*; *inferre*

pro *inferri* 67, 4, *consummare* pro *consummari* 72, 15. addas mendosam coniugationem *fundebatur* pro *fundabatur* 61, 11, *furiens* pro *furians* 87, 4, *furiebatur* pro *furiabatur* 101, 13; infinitiui perperam formati sunt *credisse* pro *credidisse* 71, 7, et *tradidi* pro *tradi* 57, 23 (sed uide supra p. XLII). fortasse huc pertinet etiam tertia coniugatio interdum per alteram depulsa in *emittes* pro *emittis* 62, 5 et *credes* pro *credis* 74, 24 cf. Miodoński 19 (sed uide quae supra p. XXXVIII adnotauimus).

significatio uocularum saepe ab usitata discedit. huc pertinent substantiua *mendum* = *mendacium* 97, 14 (Neue I, 547. Ott, Jahrb. f. Philol. CIX [1874] p. 848. Itala Habacuc 2, 19 ap. Priscillian. fr. I, 16 p. 15, 9 [cf. Schepssii indicem ad Priscill.] Gregor. Turon. hist. Fr. 2, 10 p. 78, 16. 6, 40 p. 279, 6 [MBonnet]); *seductio* = *corruptio* 51, 33, *fraternitas* = *coetus fratrum* (ἀδελφότης) 45, 13. 51, 29. 62, 22, *substantia* = *res familiaris* 55, 14. 57, 26. 59, 14 (Roensch 325), *exterminium* = *destructio* 62, 1, *refrigerium* (ἀνάψυξις) 64, 3. 68, 12, *conuersatio* = *conuersio* 73, 29, *persuasio* = *res persuasa* 81, 19, fortasse etiam *contio* = *disceptatio* 58, 31; adiectiua *incredibilis* = *infidelis* 47, 17. 62, 5 (Roensch 332), *honestus* = *diues* uel *nobilis* 63, 2. 71, 11. 79, 19; 20. 87, 7 (Roensch 332 cf. 314), *deificus* = *diuinus* 63, 9 (Roensch 224); addas *ab oculis* pro *caecus* 66, 23 68, 18. 69, 6; pronomina *alter* pro *alius* 72, 5; 7, *qui* pro *quis* 72, 25. 73, 6, *quod* pro *ex quo* 49, 23 dictum esse suspicatur MBonnet qui confert Sulpic. Seuer. dial. 2, 14, 4 p. 197, 17 etc.; item *ex eo* pro *ex quo* 51, 26 (sed MBonnet suspicatur scriptum fuisse *ex co*); aduerbia *plus* = *magis* 46, 11. 57, 2; 23. 70, 15 sq., *nimis* = σφόδρα 63, 2 (Roensch 342), *loco* = *illico* 57, 6, *modo* = *nunc* 47, 18; 19; 20. 83, 10, *equidem* = *quidem* 65, 30, *capaciter* = *potenter* 67, 3, *extrinsecus* = *praeterea* 64, 27, *praeterea* = *praesertim* 45, 15. 49, 8; 11. 73, 10. 85, 16, *tantum* cum coniunctiuo = μόνον ἵνα 50, 7. 57, 28; coniunctiones *quia* pro accus. c. inf. 49, 7. 54, 17. 58, 10. 60, 4. 75, 22. 83, 7. 85, 20 (Roensch 402 Bonnet ind. ad Acta Thom. Miodoński l. s. p. 21), *quoniam* (pro acc. c. inf.) 46, 20. 50, 19. 51, 32. 56, 30. 57, 29. 71, 13. 73, 8; 17. 76, 15. 85, 18. 99, 18 (Roensch 402), *quoniam* = ὅτι ante orationem directam 69, 9, *numquid* pro *num* 48, 22. 52, 20. 85, 1 (Kühner II, 1009), *si* in interrogatione indirecta 46, 31. 73, 16; 25. (103, 4) (Roensch 403 Bonnet ind.); aduerbia quae praepositionum instar adhibentur: *palam* c. ablat. = *coram* 70, 18. 74, 28 (Roensch 399, sed uide Kühner, ausführl. Gramm. II, 373. Neue II, 698), *retro*

c. acc. 73, 1 sq. (Roensch 399), *usque* c. abl. 62, 15. de significatione uerborum multa monenda sunt; cf. *parere* = *apparere* 49, 5. 68, 25 (uetere usu cf. Horat. sat. II, 7, 79 Vsener, Rhein. Museum XXIV, 348 sq. Roensch 374), *refrigerare* (= *recreare aliquem* uel *se reficere*) et *refrigerari* (ἀναπαύεσθαι) 51, 27. 52, 31. 73, 1. 81, 4 (Roensch 378), *reficere* (= *se reficere*) 69, 24 (cf. Gregor. Turon. patr. 1, 2 p. 665, 9 *ut die tertia reficeret*), *fundare* (= *confirmare*) 47, 30. 53, 18. 61, 11. 62, 30, *clamare* = *uocare* uel *inuocare* 61, 27. 65, 32. 76, 14; 15. 83, 14 (Roensch 352), *superponere* = ieiunium (opus) sponte suscipere 69, 28, *intendere aliquem* (= *intueri*) 70, 20. 75, 1 (Roensch 371), *adtendere aliquem* 81, 25. 83, 18, *traducere* = ἐλέγχειν 75, 25 (Roensch 383), *uacare alicui* = *seruire* 74, 12, *aporiare aliquem* (= *confundere*) 85, 16 et *aporiari* 81, 28 (Roensch 252), *scoruscare* = *fulgurare* 68, 31 (Roensch 356), *communicare* (= *communionem facere cum aliquo*) 95, 8, *ducere se* (= *abire*) 73, 7 (Roensch 361), *exponere* = *emittere* 85, 17.

grammatica quam uocant structura uehementer a recti ne dicam elegantis sermonis regulis abhorret. saepissime fit ut praepositiones quae ablatiuum regunt, cum accusatiuo, quae accusatiuum, cum ablatiuo coniungantur; interdum uni eidemque praepositioni uterque casus adnectitur (Roensch 406 sqq. Koffmane 139 Neue II, 784 sq. Kühner, ausführl. Gramm. II, 418 cf. etiam Miodoński p. 20 Petschenig ind. ad Victor. Vit.). ablatiuus pro accusatiuo praepositionem *in* sequitur: *in fratribus* (pro *in fratres*) 46, 11, *in somnio* 50, 15, *in lectina* 51, 3, *in perpetuo* 51, 10, *in temptatione cadere* 52, 14, *in saeculo* 53, 23; 30, *in uobis* 54, 10, *in perditione* 54, 18. 67, 6, *in blasfemia* 55, 11, *in angelis tuis* 56, 11, *in publico* 57, 10, *in animo* 57, 19, *in numero* 58, 22, *in atrio* 58, 30, *in iulio foro* 62, 8. 65, 31, *in nomine meo* (*fundabis*) 62, 30, *in homine* 61, 29, *in triclinio* 66, 29, *in humana carne* 67, 4, *in oculis* 69, 7, *in somno* 70, 4; 6, *in furia* 76, 20 sq., *in lumine* 77, 3, *in honore* 77, 7, *in domo* 79, 2; 7 sq., *in conuersatione* 73, 29, *in agrippa praefecto* 91, 2, *in terra* 97, 19; saepenumero legitur *credere in Christo*, *sperare in domino* etc. ablatiuus praepositionem *per* sequitur: *per Tiberi* 48, 12, *per opera* (= *per operam*) 62, 28, *per manu* 64, 26 (Neue II, 784); praepositionem *ad*: *ad prora* 51, 12, *ad ianua* 57, 9, *ad hora* 81, 24. 87, 18, *ad platea* 83, 4; praep. *ante*: *ante lectu* 75, 10 (sed cf. 75, 11); *contra*: *contra simonem ... et seruientibus illi* 60, 17; *praeter*: *praeter narcissum et duabus mulieribus* 49, 15. accusatiuus pro ablatiuo reperitur post *in*: *in dominum spem habere* 47, 24 sq.,

*in paucos dies* 49, 30, *in fidem* 50, 25, *in dominum* 51, 11. 54, 21, *in Christum* 53 19, *in urbem* 53, 15, *in domum* 61, 27, *in aquas* 58, 4, *in errore aut in ignorantiam* 58, 21 sq., *in stabulum* 62, 16, *in uisum* 63, 12, *in quem* 63, 30 sq., *in luctum* 64, 10, *in notitiam* 93, 11 (Neue II, 785). addas praepos. *cum: cum dominum nostrum* 47, 10 sq., *cum simonem* 56, 21, *cum infantem* 62, 17, *cum alias matronas* 87, 2 sq. (Neue II, 784); *de: de repromissionem* 47, 25 sq., *de propheticas scribturas* 61, 8 sq., *de . . . fabri filio et ipsum fabrum* 71, 24 sq.; *ex: ex hodiernum* 79, 14; *sub: sub occansionem* 63, 8; *pro: pro persecutores nostros* 77, 1 (Neue II, 784). interdum ablatiuus adiectiui uel pronominis accusatiuo substantiui adnectitur: *cum matrem tua* 74, 11; *cum gaudium magno* 75, 7. praeter hanc barbaram praepositionum structuram permutatio casuum haud raro occurrit. sic ad tempus definiendum ablatiuus accusatiui instar usurpatur: *ieiunans triduo* 45, 8, *ieiunans diebus tribus* 63, 11, *diebus sex totidemque noctes* 51, 12 sq., *biduo sustine* 63, 15, *circiter hora nona* 65, 3; rarius accusatiuus pro ablatiuo: *annum plus* 46, 4, *sabbatum . . . contentionem habet* 69, 25. ad oppidum quo quis proficiscitur definiendum, plerumque ablatiuus accusatiui uicem reddit: *puteolis* 51, 13, *neapoli* 63, 18, *aricia* 85, 6, *terracina* 85, 7; sed accusatiuo *romam* semper substituitur genetiuus *romae* 48, 8; 17; 26; 29. 49, 33. 52, 22. 53, 2; 13 [16]. 57, 5; 10. nomen urbis unde aliquis proficiscitur non simplici ablatiuo, sed praepositione *a* ablatiuo praemissa significatur: *a roma* 51, 30. 62, 14; 16. 87, 18. — ablatiuus cum genetiuo rarius commutatur. habemus quidem *tui causa* 57, 5. 60, 8, *nostri causa* 67, 28 (Roensch 418), sed hoc iam apud ueteres occurrit (Kühner, ausführl. Gramm. der lat. Spr. II, 310); uice uersa ablatiuus in locum genetiui pretii succedit: *non minimo pretio* 63, 3 sq. haesitare possis, num ablatiui et datiui iam saeculo V uel VI inter se confundi coepti sint. reperitur in codice datiuus pro ablatiuo: *suscribtioni tali* 57, 25, *piscinae adiacenti natatoriae* 60, 30, *petenti te* 62, 26, *meae uirtuti* 75, 1; ablatiuus pro datiuo *grande* 57, 1. sed ubi datiuum ablatiui loco legimus, librarius aut uerba perperam construxisse aut litteras *i* et *e* permutasse uidetur; de forma autem *grande* pro *grandi* uide quae supra notata sunt. semel datiuus in accusatiui locum successisse uidetur: *intenderem uos ambos et tibi et illi* 70, 20 sq. uerum haec barbaries non ex permutatione casuum sed structurae uerbi explicanda est.

ablatiui et accusatiui frequentissima confusio nullis fere

carceribus cohibetur. interdum suspicari possis neglectionem uirgulae, qua accusatiuus singularis primae uel tertiae declinationis ab ablatiuo discernitur: sic facillime corriges *oblatione* 48, 14, *uirtute* 49, 27, *tanta substantia* 55, 14 sq., *mutu* pro *mutum* 60, 2, *domu* pro *domum* 66, 9, *pietate* et *inpietate* 64, 12 sq., *fuga* 65, 18, *aperiente* 76, 1, *aduenieute eum et retribuente* 91, 1; interdum *e* et *i* quod saepe fit permutantur, e. gr. *caeleste* pro *caelesti* 72, 8, *corporali* pro *corporale* 97, 17, *omne* pro *omni* 81, 15. alibi formae in *o* et *um* desinentes permutantur: legimus *sabbatu* pro *sabbatum* 45, 18, *lectu* pro *lectum* 75, 10, *te nuntio suo misso* pro *te nuntium suum missum* 52, 10 sq. (sed cf. commentarium), *ligno plagio* pro *lignum plagium* 97, 9. accedit quod *m* littera haud raro perperam ponitur, ita ut accusatiuus saepe ablatiui locum obtinere uideatur: *misericordiam* 53, 29, *amplectentem* 58, 25, *praesentiam* 60, 24, *canem* 62, 6, *lucem itaque factam* 62, 30 sq., *inplanationem* 67, 5 sq., *misericordiam suam* 67, 7, *extremum* 85, 8. eodem modo, scilicet *m* littera modo abiecta modo addita, nominatiuus accusatiuo uel accusatiuus nominatiuo substitutus esse uidetur. sic legimus *eucharistia* pro *eucharistiam* 46, 18 (ubi codex *eucharistia* habet, non *eucharistiam* ut perperam impressum est), *malacia* pro *malaciam* 50, 27, *eubola, honesta* pro *eubolam, honestam* 63, 2, *una* pro *unam* 68, 20, *turba* pro *turbam* 69, 31; uice uersa *misericordiam* pro *misericordia* 52, 16, *uiduam* pro *uidua* 66, 28, *paenitentiam* pro *paenitentia* 97, 9 sq. sed alibi res aliter se habet. nimirum saeculi VII librarii uix sensisse uidentur, quid casuum sit discriminis. sic ablatiui usus saepe neglegitur, habes accusatiuum pro ablatiuo in *denarios* pro *denariis* 65, 11 sq. (?), *flammas* pro *flammis* 76, 3, *nos* pro *nobis* 99, 8. item accusatiuus in nominatiui locum successit: legimus *accipientem* pro *accipiens* 60, 3, *marcellum* pro *marcellus* 66, 4 sq., *turbas* pro *turbae* 73, 35, *suspensum* pro *suspensus* 95, 3, *clauum* pro *clauus* 97, 7. reliquum est, ut alios eius generis errores enumerem. huc pertinet nominatiuus pro accusatiuo: *ex⟨i⟩tus* 49, 1, *malus* 57, 19, *mulier* 63, 2, *castigatus* 68, 8; nominatiuus pro datiuo: *uigilans* 62, 21; accusatiuus pro genetiuo: *dicentem* pro *dicentium* 53, 16, *persuasum* pro *persuasi* 54, 33, *hominem* pro *hominis* 97, 15; ablatiuus pro nominatiuo: *marcello* 59, 28.

iam dicam de idiotismo quem uocant uerborum. indicatiuus pro coniunctiuo saepe reperitur post *ut* (Roensch 429 sq.): *ita ut dixit* 52, 6, *ut me plangerem . . . et lugebam* 54, 7, *ita*

*ut . . . percutet . . . et iubet* 55, 18, *ut possumus* 69, 14 sq.; post *cum: cum sum* 74, 29. alibi (51, 26) *profectus est* pro *profectus esset* scriptum esse uidetur: sed est confusio orationis directae et indirectae, quae saepe irrepsit. uerum error librarii est *soluat* pro *soluit* 76, 13. indicatiuus futuri pro coniunctiuo praesentis occurrit in *percutet* pro *percutat* 55, 17; *senties* pro *sentias* 103, 4. coniunctiuum pro indicatiuo semel habes: *qui* (i. e. *quippe qui*) *me exfugare uolueris* 61, 16; infinitiuum pro uerbo finito bis: *ut . . . contemnamus et te solum sequi* (= *sequamur*) 74, 6, *ut . . . irent et quaecunque . . . consumptura erat ferri ante lectum eius* 75, 10 sq. coniunctiuus accusatiuo cum infinitiuo permutatur 59, 25: *esse me in corpore et non patiar aliquid a caesare.* multa alia quae in codice reperiuntur sine dubio emendanda erant. huc pertinent *ueniunt* pro *uenient* 64, 32, *putas* pro *putabas* 64, 13. accedunt permutationes modorum, numerorum, personarum uerbi, quae maximam partem ex permutatione uel abiectione litterarum ortae sunt. enumero *uelle* pro *uellem* 48, 3, *discedere* pro *discederem* 48, 4, *refrigerare* pro *refrigeraret* 51, 27, *refugit* pro *refugi* 52, 14, *interesse* pro *interessent* 53, 12, *dixi* pro *dixit* 63, 27, *ambulaui* pro *ambulauit* 53, 31, *suaderet* pro *suaderem* 54, 25, *dona* pro *donas* 55, 9, *tradidi* pro *tradi* 57, 23 (sed uide supra p. XLV), *uiderent* pro *uideret* 60, 14, *mitteret* pro *mitterent* 61, 5, *spoliasti* pro *spoliastis* 63, 9, *accepit* pro *accepi* 66, 7, *dici* pro *dicit* 67, 21, *succurrat* pro *succurras* 68, 29, *dicente* pro *dicentes* 69, 3, *putans* pro *putas* 71, 18 (sed uide supra p. XLI), *praestare* pro *praestabo* 72, 20, *excaecare* pro *excaecate* 93, 10.

de structura uerborum inusitata haec monenda sunt: *intueri alicui rei* 45, 4, *obliuisci aliquem* 46, 5 (cf. Sittl in Woelfflini Archiuo I, 503), *paenitere in aliqua re* 46, 22. 55, 14, *memorari aliquid* 46, 30. 77, 2 sq. (Roensch 414), *misereri aliquid* 54, 6, *misereri alicui* 58, 10. 61, 25. 69, 3 (Roensch 413), *tendere in aliquo* 54, 10 sq., *in animum inducere alicuius rei* 57, 19 sq., *paenitere ab aliqua re* 63, 31 sq., *fidem habere in aliqua re* 64, 9, *petere aliquem* (i. e. *rogare*) 64, 26 (Roensch 441), *obaudire aliquem* 65, 32 (Roensch 414), *consignare alicui rei* (*precibus*) 66, 17, *adquiescere alicui rei* 66, 19 sq., *maledicere aliquem* 71, 18 (Roensch 440), *adiuuare alicui* 74, 9, *parcere de aliquo* (?) 81, 7 sq.; sed *frui aliquid* 93, 6 iam apud ueteres reperitur (Kühner, ausführliche Gramm. II, 282 Langen in Woelfflini Archiuo III, 334); addas *in spiritu repletus* (52, 4), *in spiritu exaltabatur* (59, 28 sq.), nisi forte et his locis ut alibi

simplex ablatiuus (*in spiritu* = *ispiritu*) legendus est. ad idiotismum structurae pertinet etiam participiorum usus frequentissimus quae locum uerbi finiti tenent. participia praesentis: 47, 30 sqq. 49, 17 sqq.; 31 sqq. 50, 19 sqq.; 24 sqq. 51, 31. 52, (18); 24 sq. 54, 8 sq. 56, 14 sq. 58, 1 sq. 60, 14 sqq.; 33 sq. 62, 3. 65, 6 sq.; 22 sq.; 32. 66, 22; 25. 69, 12 sq. 71, 14 sq.; 19. 73, 29. 74, 7. 81, 1. 83, 20 sq. participia perfecti: 48, 13 sqq. 67, 7 (cf. Petschenig Ind. ad Vict. Vit. 164 sqq. Schepss in Woelfflini Archiuo III, 322). addas nominatiuos absolutos pro ablatiuis: 45, 12. 46, 15. 48, 27. 49, 13. 52, 1 sq. 65, 1. bis ablatiuus absolutus participii occurrit omisso substantiuo: 47, 25 (*credentibus*), 48, 10 (*referentibus*). interdum enuntiata sequentia per particulas *autem*, *uero*, *itaque*, *ergo* prioribus adiunguntur: 48, 7. 50, 8. 67, 12. 73, 20. 79, 18 (*autem*), 72, 28 (*uero*), 53, 20 (*itaque*), 60, 31 sq. (*ergo*; cf. Koffmane 135 Hartel in Woelfflini Archiuo III, 19). ex uulgari sermone repetitur attractio nominatiui pronomine relatiuo sequente: *christum dominum nostrum quem tu praedicas* 57, 33 sqq., *lumen . . . inenarrabilem inuisibilem quod enarrare nemo hominum possit* 68, 32 sq., *unicum filium quem habebam* 73, 2 sq., *istos iuuenes quos manumisisti* 77, 7 cf. IacGrimm, Kleine Schriften III, 323 sq. denique notanda est orationis directae et indirectae confusio: 49, 10 sq. 51, 6 sq.; 28 sqq. 63, 14 sqq. 65, 11.

Superest ut de graecismis interpretis latini disputem. uocabula graeca frequentissima sunt: *abyssus* 56, 11, *agon* 60, 16. 62, 23, *aelemosyne* 55, 22, *anathema* 71, 30, *anabathra* 69, 31, *aporiatio* (*aboratio*) 69, 2 et *aporiare* 81, 28. 85, 16, *baptizare* 50, 30. 51, 1, *blasphemus*, *blasphemia* et *blasphemare* 47, 18. 55, 11; 19, *catathema* 56, 6, *catechizare* 49, 11. 63, 13, *chiragricus* 81, 15, *delfica* 64, 15, *discentes* (= μαθητεύοντες) 103, 5, *energia* (*inergia*) et *energema* (*inergaema*) 49, 27. 52, 10. 53, 26. 91, 3, *ep[s]imenia* 50, 2, *eucharistia* 46, 15; 18. 51, 8, *fantasia* 81, 24, *fantasma* 61, 3. 62, 13. 63, 17. 81, 19, *fidentes* (πιστεύοντες) 83, 21, *grabatus* (κράβατος uel κράββατος) 74, 1. 85, 5, *inplanator* (πλάνος) et *inplanatio* 54, 10. 67, 5 sq., *malacia* 50, 26; 27, *mysterium* 52, 6. 59, 3. 72, 15. 93, 1; 6; 8; 12. 95, 3, *neofitus* uel *neophytus* 46, 29. 54, 16, *planus* 49, 13. 60, 4, *podagricus* 81, 15, *satyriscus* 63, 21. 64, 5; 33. 65, 4, *scandalizare* et *scandalizari* 49, 8. 52, 13. 53, 5. 54, 14. 57, 32. 83, 16, *synagoga* 56, 23. haud raro graeca ad litteram latine reddita sunt: *adprobare aliquem* siue *aliquid* = ἐλέγχειν 49, 25. 61, 28 sq. 62, 9;

28. 63, 25. 65, 29, *in pleno constituere* = τελείως καθιστάνειν 47, 32 sq., *nomen* = ὄνομα (i. e. Χριστοῦ) 51, 18, *magnalia* (μεγαλεῖα) 52, 12. 63, 15, *abnegare* = ἀρνεῖσθαι 54, 2, *praecordia* (σπλάγχνα) 59, 30. 69, 19 sq. 76, 7, *uirtutes* = δυνάμεις 54, 26 sq. 71, 17, *communis* = κοινωνός 52, 7, *domesticus* = οἰκεῖος 64, 7, *alias et alias* = ἄλλως καὶ ἄλλως 69, 18, *per* = διά (*per* i. e. *post multum tempus*) 65, 22, *quasi* = ὡς praepositio (ὥς τινα) 85, 7, *principatus* = ἀρχή 95, 4. interdum praepositio *is* articulum graecum reddere uidetur: huc referre possis *eum dominum* 54, 2, *eius . . . filii dei* 56, 6, *eius daemonis* 70, 17 (Roensch 423 sq.). sunt etiam loci, in quibus adiectiuum numerale *unus* articuli indefiniti τις locum obtinere uideatur, e. gr. *unam de senioribus uiduam* 66, 22, *unum ex eis* 72, 17, *unum de suis* 72, 22 sq., *una de uiduis* 72, 28 sq., *ego ex uobis . . . unus* 74, 29 (Roensch 425).

Inter graecismos structurae primum locum obtinent genetiui absoluti (Roensch 436): *Pauli tempus demorantis* 45, 2, *omnium stupentium* 57, 13, *hominum multa milia in perditionem mergentium* (i. e. ἀνθρώπων πολλῶν χιλιάδων εἰς ἀπώλειαν δυσαμένων) 67, 6, fortasse etiam *piscinae adiacenti⟨s⟩ natatoriae* 60, 30. interdum oratio genetiuo absoluto incipitur sed pergit ablatiuo uel nominatiuo: *plangentium autem omnibus* 75, 12 (Roensch l. c.), *quorundam eorum . . . dicentes* 49, 12 sq. (τινῶν ἐξ αὐτῶν . . . καλούντων). accusatiuus pronominis relatiui graece attrahitur ablatiuis absolutis: *quibus populus dato loco perduxerunt* 74, 2. more graecorum etiam subiectum enuntiati recti loco obiecti ad enuntiatum regens attrahitur: *uidebunt duo iuuenes satyriscum . . . quod offerent uenale* 64, 5 sqq. infinitiuus interdum ut moris est Graecorum sensu ut aiunt finali usurpatur. ad locum iam supra memoratum 74, 6 addas: *fidelis est remittere mihi peccata* 58, 10 sq., *dominus me dignatus est uocare paratum esse* (= *ut paratus sim*) 71, 20, *in notitiam uestri sit permanere* (= *ut permaneatis*) 93, 11 (Roensch 447; Woelfflin Archiv II, 165 cf. Fredegar. 4, 40 *pollecetur esset implere;* Krusch, Neues Archiv f. ält. d. Gesch. VII, 490). bis infinitiuus cum uerbo *habere* coniungitur: *certari habent duo Iudaei* 70, 1, *quaecunque consumere habui* 77, 14 sq. (Roensch l. s. Koffmane 122 sq. Thielmann in Woelfflini Archiuo II, 48 sqq. 159 sqq.). — etiam duplicem negationem Graecorum interpres imitatus est: *quae non habet inuidiam nullam* 49, 31, *non fuisse neminem* 51, 26, *nemo illi iam nihil credebat* 81, 28, *petrus nos prohibuit*

*non communicare* 85, 19. graeci originis testimonium perhibent etiam quae 81, 9 leguntur: *mittatur ignis eius in eam.* pro his in graeco codice exstant: *πεμφϑῇ ἐπ᾽ αὐτῇ τὸ παρ᾽ αὐτῆς.* apparet interpretem latinum legisse *πεμφϑῇ ἐπ᾽ αὐτῇ τὸ πῦρ αὐτῆς.* similiter 79, 20 *obsetrix quaedam* (i. e. *μαῖά τις*) pro graecis *μία τις* scriptum est. addas quod interdum duplex graecorum uerborum interpretatio reperitur: *diligenter summa cum diligentia* 56, 18, *sicut capiebat, prout poterat* 67, 9 sq. alia quae huc pertinent in libro meo 'Die apokr. Apostelgeschichten' II, 1 p. 124 sqq. collegi.

Graecus passionis textus duobus codicibus conseruatur. codicem Patmium 48 'formae IV foliorum 412 membranaceum' saeculi noni ineuntis iam Tischendorf olim inspexerat. mentionem codicis facit in commentatione cui inscribitur 'Rechenschaft über meine handschriftlichen Studien auf meiner wissenschaftlichen Reise 1840 bis 1842' (Wiener Jahrbücher, Anzeigeblatt für Wissenschaft und Kunst No. CX p. 15 sq.), nec non in prolegomenis quae editioni priori Actorum apostolorum apocryphorum (p. XX sq.) praemisit. habentur ibi martyria duorum apostolorum Petri et Pauli seorsum enarrata; ac primo quidem loco *μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πέτρου ἀποστόλου ἐν Ῥώμῃ*, deinde *μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου ἐν Ῥώμῃ.* textum diu desideratum Carolus Krumbacher uir doctissimus, qui anno 1885 in Patmum insulam profectus est, in monasterio s. Ioannis ubi asseruatur descripsit, transcriptionem imaginem litterarum notas adiecit omnesque denique industriae fruges mihi transmisit. editionem principem praefatiuncula instructam paucissimisque notis illustratam ego typis mandaui in annalibus meis 'Jahrbücher für protest. Theologie' 1886 p. 86—106. singulae codicis paginae nondum numeris signatae sunt. nouarum paginarum initia a Krumbachero lineis transuersis in sinistro apographi margine, in hac editione numeris a me ipso appositis geminisque lineis directis in mediis uersibus notata sunt. uersuum distinctionem in Krumbacheri apographo religiosissime seruatam ego neglexi. accentus et spiritus in codice non constanter appicti a nostra ratione discedunt; uerborum interpunctio raro inuenitur; enuntiata punctis uel ad caput uel ad pedem litterae appositis, aliquoties commatis distinguuntur; compendia scribendi illius temporis librariis usitatissima sescenties adhibentur. litterae clarissimae sunt, sed interdum palluerunt. mira est neglegentia in scribendis uocalibus: litterae *ι*, *η* et *ει*, *ε* et *αι*, *υ* et *οι*,

*ο* et *ω* usque et modo fere inaudito si codicis aetatem respexeris permutantur. stilum incultum Krumbacher non librario sed ipsi scriptori uitio uertendum esse censet. Sergius Sokoloff Moscouiensis, uir iuuenis de studiis meis optime meritus, quem praematura morte mihi bonisque litteris abreptum esse doleo, epistula ad me data suspicatus est codicem non ex alio descriptum sed ex ore dictantis a scriba imperito litteris consignatum esse.

De codicis graecitate iam in commentario quem editioni principi subieci (l. s. p. 101 sqq.) pauca monui. notatu digna sunt uestigia aliquot linguae uulgaris. huc pertinent formae ut *δραπετεύγομεν, πορευγομένη, πιστεύγοντας* (bis), *βουλεύγειν, βασιλεύγειν, στρατεύγῃ, στρατευγόμεϑα.* de hoc *γ* CKrumbacher conferri iubet Mullach, Gramm. der griech. Vulgärsprache p. 140 GCurtius, Grundzüge p. 612 sqq. Carl Foy, Lautsystem der griech. Vulgärsprache p. 64 CKrumbacher, Bayr. Gymnasialblätter 1880 p. 371 GMeyer, Griech. Grammatik ed. 4 p. 159 Hatzidakis Zeitschr. f. vergleich. Sprachforschung XXVII, 77 sq. *Μελέτη ἐπὶ τῆς νέας Ἑλληνικῆς* 1884 p. 98 sqq. CKrumbacher, ein irrationaler Spirant im Griechischen (Sitzungsber. d. philol. hist. Classe der Akademie zu München 1886, III p. 359—444). addas *τέσσαρεις* (*τεσσαρῖς*) pro *τέσσαρες* p. 90, 1, de qua forma ut CKrumbacher mecum communicauit scripserunt Digenis Akritas ed. Sathas-Legrand v. 1736 Digenis Akritas ed. Lambros v. 2567. 2569. 3019, *τέσσαρους* est apud Koronaeum ed. Sathas p. 43, 2. denique mentionem facio formae *προσετίϑοντο* pro *προσετίϑεντο* in passione Pauli p. 104, 6, quam caueas ne calami lapsu ortam esse existimes, cf. Pseudo-Marcellum sect. 29 (p. 191, 11) *ἐπετίϑοντο* codd *DP* *προσετίϑοντο* cod *G* acta Thomae p. 93, 40 ed. Bonnet *προσετίϑοντο* cod *S*.

Alterum codicem Philippus Meyer, ecclesiae euangelicae apud Smyrnaeos tunc pastor meritissimus, in monasterio Batopediano montis Athoi nuper inuenit, diligenter exscripsit et cum litterarum imagine mihi transmisit. est codex Batoped. 79 saec. X/XI, qui f. 174ʳ—177ᵘ passionem Petri et f. 177ᵘ—180ʳ passionem Pauli continet. passionem Petri extrema actuum pars inde a uerbis *κυριακῆς οὔσης ὁμιλοῦντος τοῦ Πέτρου τοῖς ἀδελφοῖς* antecedit. cui textui inscribuntur haec: *Μηνὶ ἰουνίω κϑ μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου πέτρου. ἐκ τῶν ἱστορικῶν κλήμεντοσ ῥώμησ ἐπισκόπου ἐν τῷ ἐσχάτῳ λόγῳ ἱστοροῦντοσ οὕτωσ. κύριε εὐλόγησον.* ex his apparet, in graeco libro quo codicis Athoi utebatur librarius pariter atque in codice latino

Vercellensi actus Petri Recognitionibus Clementis additos fuisse. codex duabus uersuum columnis nitide scriptus Patmio cum recentior tum inferior est, sed multa istius uitia huius auxilio corriguntur.

Cum Patmio codice fere ad uerbum concordat uersio slauica, quam Sergius Sokoloff Moscouiae inuenit et ex slauica in graecam linguam uerbo tenus retro uersam mecum communicauit. legitur in codice collectionis Vndol'skianae 1296 formae 8 saec. XV—XVI f. 239ʳ—249ᵇ in bybliotheca comitis Rumjánzew Moscouiensi asseruatae, continetque item et Petri et Pauli passionem. quamquam multo recentior tamen ex codice hausta est cum Patmio artissime cognato.

Haud minoris pretii uersio coptica est, cuius tria fragmenta sahidica dialecto conscripta ex codicibus bybliothecae Borgianae (non Vaticanae) 128. 129. 130 desumta Zoëga in catalogo codd. copt. III, 229 sq. recensuit. textum sahidicum nuper Ignatius Guidi uir doctissimus edidit ('Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei uol. III' [1887], 2, 2 p. 23 sqq.) editumque in sermonem italicum transtulit ('Gli atti apocrifi degli apostoli nei testi copti arabi ed etiopici' in 'Giornale della Società Asiatica Italiana' II 1888 p. 29 sqq.). codicis 128 septem foliis p. 3—16 passio Petri ab initio et sub finem mutila continetur. quae sub finem narrationis desiderantur, quattuor foliis codicis 130 (p. 7—11; 13—14) supplentur; desunt quae in graecis inde a primis passionis uerbis *Πέτρος ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀγαλλιώμενος* 84, 11 usque ad uerba *γινώσκετε ὅτι καὶ ὑμᾶς ἀπολέσω* 84, 23 sq. leguntur. uterque codex plane eandem textus formam repraesentat, cum Patmio graeco artissime cognatam; extrema prioris fragmenti uerba in altero fragmento repetita ad litteram consentiunt. ad graeca emendanda haec sahidica plurimum ualent. codicis 129 tria folia (p. 101—108) ad nos peruenerunt; continent duo passionis Petri fragmenta, quorum alterum (inde a uerbis *συνέδραμεν οὖν τῶν ἀδελφῶν τὸ πλῆθος* (p. 90, 4) usque ad uerba *ἐκείνου διατύπωσίς ἐστιν τοῦ πρώτως εἰς γένεσιν χωρήσαντος ἀνθρώπου* (p. 96, 2 sq.) maximam partem orationis quam apostolus de cruce habuit continet, alterum ab ultimis eiusdem orationis uerbis (*σὺ τὸ πᾶν καὶ τὸ πᾶν ἐν σοί* p. 98, 4) incipit narrationemque usque ad uisionem Marcelli (p. 100, 7 *τοῦ δὲ Μαρκέλλου εἰρηκότος*) continuat. uerborum tenor a codicum 128 et 130 textu adeo discrepat, ut uix eiusdem uersionis esse uideatur. sahidica apostolorum acta, ut IGuidi

nos docuit, saeculo XIII in linguam arabicam, saeculo XIV ex arabica in aethiopicam translata sunt. textus arabicus in quattuor bybliothecae Parisinae codicibus (Ms. arabe de l'ancien fonds 152; ms. arabe du supplément 188 cf. Zotenberg catal. mss. arab. p. 18. 19; cod. syr. 232; Ancien fonds 130 A, 'en carschouni' f. 213[a] cf. Zotenberg cat. mss. syr. p. 178), in codice Vaticano arab. 694 (Maii scr. uet. nou. coll. IV, 598), denique in singulis codicibus bybliothecae nationalis Florentinae (Buonazia catal. p. 274) et bybliothecae Bodleianae Oxoniensis (Nicholl, catal. p. 54) extat, sed nondum in lucem prodiit. uersio aethiopica quam ex arabica confectam esse iam ante Guidium Zotenberg (cat. mss. aeth. p. 56), Noeldeke (in libro meo 'Die apokryphen Apostelgeschichten' I, 632. Ergänzungsheft p. 37) et Alfredus de Gutschmid (in eodem libro, Ergänzungsheft p. 36 sq.) animaduerterunt, in passionum apostolorum collectione, cui certamen apostolorum (Gadla Hawâryâth) inscribitur, primum obtinet locum. translationem anglicam instituit SCMalan ex manuscripto chartaceo foliorum 249 formae 8 per Tattamum archidiaconum Bedfordiensem in Angliam apportato. idem liber etiam in aliquot codicibus aethiopicis Musei Britannici (codd. CI—CX), in quibus Noui Testamenti libris additus est, nec non in codice Parisino aethiop. 52 anni 1379 (cf. Zotenbergi catalogum p. 53 sqq.) legitur. usus sum translatione Malani ('The conflict of the holy Apostles'. Londini 1871 p. 1—10). textus aethiopicus haud ita multum ad graeca emendanda ualet, quippe qui non tam interpretatio quam paraphrasis coptici (uel arabici) exemplaris dicendus sit.

Signaui codicem Vercellensem litera *V*, codicem Patmium *P*, codicem Athoum (Batopedianum) *A*, uersionem slauicam *S*, copticam *C*, aethiopicam *Aeth.* prolixior textus latinus, ubi ad diuersorum breuioris textus testium auctoritatem uel confirmandam uel infirmandam adhibendus erat, siglum *L* accepit.

Passionis Pauli breuioris fragmentum latine in tribus codicibus Monacensibus exstat, quorum longe optimus et uetustissimus est cod. Monac. lat. 4554 saec. VIII/IX, cuius auctoritatem secutus fragmentum a Carolo Krumbacher exscriptum edidi in annalibus meis 'Jahrbücher für protest. Theologie' 1886 p. 332—336. postea ipse codicem inspexi. fragmentum illud ut iam supra p. XVIII monui passioni Petri et Pauli quae Marcelli nomine fertur praemittitur. inscribitur *passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli qui passi sunt sub Nerone imperatore die*

*tertio kal. iulias.* sequitur passionis Pauli initium: *In tempore illo cum uenisset Romae Lucas a Galilaea et Titus a Dalmatia expectauerunt Paulum in urbe.* extrema fragmenti uerba sunt haec: *tunc iussu regis cessauit edictum, ita ut nemo auderet contingere christianos donec* . . . quae sequuntur librarius de suis addidit. sunt autem haec [*donec*] *maxima pars populi ad Christum conuerteretur.* hoc additamentum excipiunt prima passionis Petri exordia: *In diebus autem illis Petrus apostolus Romae morabatur cum fratribus gloriosus in domino gratias agens die ac nocte turba⟨m⟩ credentium ad se uenientem suscipiebat.* iam pergit librarius sic: *resistebant autem illi quidam Iudaei, quos reuincebat Petrus per uerbum domini. cumque audissent de Paulo in tempore illo cum uenisset Paulus Romam, conuenerunt ad eum omnes Iudaei.* extrema uerba (*cum uenisset etc*) passionis Petri et Pauli Marcellinae sunt, quae subinde in codice legitur. de orthographia codicis moneo quod litteras *e* et *ae* saepe permutat. scribit *rome*, *cesar* (sed et *cęsar*), *preceptum, penitebit; cottidiae, depraecatus;* confundit interdum *i* et *e: permitteri* 109, 2, *dicetis* 109, 9; *t* et *d: ad* 107, 8, *istut* 113, 21. res grammaticae uix ullae adnotandae sunt, praeter *foris* pro *foras* 107, 6 et *nimium* pro *σφόδρα* 111, 3; 4.

Eundem textum exhibent codices Monacenses lat. 22020 saec. XII et Monac. 19642 saec. XV, auctoritate multo inferiores, sed inter se paulo artius cognati. uix uno alteroue loco codex Monac. 4554 recentiorum textuum adminiculo emendatur. cf. quae exposui Jahrbb. f. prot. Theol. 1886 p. 691 sq.

Graecus huius passionis textus integer seruatur in duobus codicibus supra memoratis Patmio 48 saec. IX et Batopediano 79 saec. X/XI. graeca ex eodem fonte fluxerunt atque excerptum latinum. Patmio inscribitur *Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου ἐν Ῥώμῃ τῇ πρὸ θ′* (sic) *καλανδῶν* . . .; Batopediano *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου· κύριε εὐλόγησον.* Batopediana narratio paulo prolixior interpolatorem sapit, sed haud raro propius ad Pseudolini uerba accedit. ad textum emendandum caute adhibenda est. cf. quae scripsi in supplemento libri mei 'Die apokryphen Apostelgeschichten' p. 40.

Cum Patmio fere semper facit translatio slauica in codice collationis Vndol'skianae bybl. comitis Rumjan'zew 1296. eandem uel similem originem traxit uersio sahidica, cuius fragmentum ex codice 130 bybliothecae Borgianae Zoëga excerpsit (cat. codd.

copt. p. 229), IGuidi coptice ('Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei' uol. III (1887), 2, 4 p. 65—67) et italice ('Gli Atti Apocrifi degli Apostoli', editum in 'Giornale della Società Asiatica Italiana', uol. II 1888 p. 36 sq.) edidit. continet passionis initium usque ad uerba p. 110, 15 *ὅπερ εἰ καὶ σοὶ φίλον ἐστὶν στρατευθῆναι αὐτῷ.* ex coptica orta est arabica translatio, in iisdem codicibus bybliothecarum Vaticanae Parisinae Florentinae nationalis Bodleianae qui passionem Petri perhibent asseruata; ex arabica rursus aethiopica, quae in libro Certamen apostolorum inscripto passionem Petri sequitur (anglice in editione Malani p. 11—15). textus aethiopicus ab initio mutilus oratione quam Paulus ad gentes habuit incipitur, cuius uerbis a graeco textu alienis subnectuntur quae inde a uerbis *ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν Καῖσαρ* (p. 112, 13) usque ad finem passionis leguntur. a graecis interpres aethiops saepe differt; ad propagationem passionis breuioris cognoscendam magni, ad textum emendandum nullius pretii est. num arabica translatio nondum prelo mandata de meliore nota commendetur, in incerto relinquo. in commentario passioni Pauli breuiori subiecto signaui codices Monacenses tres siglis $M^1$ $M^2$ $M^3$, Patmium *P*, Batopedianum *A*, slauicam uersionem *S*, copticam *C*, aethiopicam *Aeth.*, Pseudolini textum *L*.

## II. Acta Petri et Pauli catholica.

Passionem Petri et Pauli primus latine edidit Fridericus Nausea in libro cui inscribitur: Anonymi Philalethi Eusebiani in uitas miracula passionesque Apostolorum Rhapsodiae, Coloniae Agrippinae 1531 fol. $1^r$—$8^r$. passionem Petri et Pauli sequuntur apud Nauseam miracula et passiones reliquorum apostolorum Andreae, Iacobi Zebedaei, Ioannis, Thomae, Iacobi fratris domini, Philippi, Matthaei, Simonis et Iudae, Barnabae. de codice quem exscripsit nihil adnotauit, sed satis habuit in praefatione haec addidisse: *quem* (*librum*) *ipsi nuper titulo Rhapsodiarum Anonymi Philaleti Eusebiani, characteribus sane plus quam uetustis inscriptum, discussis per nos multis et his quidem antiquissimis bibliothecis, opera tandem Vdalrici Grisaei amici non uulgaris ex libraria satis puluerulenta erutum et a blattis tineisque uindicatum . . . edendum censuimus.* passioni Petri et Pauli Nausea narrationem quandam ex libro Pontificali desumptam de Constantino Magno a lepra sanato deque basilicis Petri et Pauli

exstructis adiecit. post illum Franciscus Maria Florentini martyrologio quod edidit Hieronymiano (Vetustius occid. eccl. Martyrol. Luccae 1668) eundem textum adiunxit (p. 103—111). inscribitur libro apud Florentinium: *Marcelli quem discipulum Petri apostoli ferunt de mirificis rebus et actibus beatorum Petri et Pauli et de magicis artibus Simonis magi;* subscribitur: *ego Marcellus discipulus domini mei apostoli Petri quae uidi scripsi.* Florentinii textum iterum excussit Ioannes Albertus Fabricius in codice apocrypho Novi Testamenti (t. III, p. 632—653). Marcelli quem uocant liber medii aeui hominibus creberrimo usu frequentatus saeculo XII ab Orderico Vitali historiae quam scripsit ecclesiasticae fere integer insertus est (Duchesne Scriptor. Normann. II p. 392 sqq.). uerum ille hanc narrationem non Marcello, sed Lino pontifici tribuit, qui graeco sermone eandem ad ecclesias orientales scripserit. ante Ordericum iam Sigebertus Gemblacensis saeculo XI in libro de scriptoribus ecclesiasticis Marcellum Marci praefecti filium commemorat, olim Simonis Magi deinde Petri apostoli discipulum qui *conflictum apostolorum Petri et Pauli cum Simone mago cui assiduus interfuit* scripserit (in Fabricii Bibl. Eccles. [Hammon. 1718] p. 93). '*conflictus apostolorum* (*Petri et Pauli*) *cum Simone*' huic libro etiam in codicibus manuscriptis interdum inscribitur; saepius subscriptio *ego Marcellus discipulus domini mei apostoli Petri quae uidi scripsi* in codicibus occurrit. *epistulae* nomen etiam Actibus Petri cum Simone ad calcem codicis Vercellensis, actis uero siue passioni Petri et Pauli numquam quod sciam datur. caueas enim, ne epistulam apocrypham Marcelli ad Nereum et Achilleum martyres scriptam (Acta Sanctorum Maii t. III p. 9 sqq.) cum actis illis quae Marcelli nomine feruntur confundas. in libris impressis pariter atque in codicibus latinis manuscriptis passionis Petri et Pauli narratio ab his uerbis orditur: *Cum uenisset Paulus Romam conuenerunt ad eum omnes Iudaei.*

Graecum martyrii apostolorum Petri et Pauli codicem primus Constantinus Lascaris anno 1490 in monasterio S. Mariae de Trapizomata prope Rhegium inuenit, primam libri partem quae de Paulo apostolo Romam proficiscente deque rebus in itinere gestis narrat latine uertit, denique graecum librum pariter atque uersionem ab ipso institutam cum senatu Messanae urbis communicauit. translationem Lascaris Ioannes Franciscus Abela ex archiuo Messanensi anno 1647 ('Melita illustrata' lib. II notit. VII

col. 179), post illum Placidus Reyna una cum textu graeco edidit ('Notitia historica urbis Messanae' T. II col. 91 sqq.). idem Reyna praeter hunc Lascarianum duorum martyrii codicum mentionem facit, unius Florentini, alterius in monasterio S. Basilii Messanensi asseruati. narrat autem de repertis actorum Petri et Pauli codicibus graecis haec: *Historia haec peregrinationum Pauli in antiquo codice graeco manu exarato, quem monasterium S. Mariae de Trapizomata in Calabria seruabat exposita legitur, ex quo Constantinus Lascaris anno 1490 latine conuertit. cuius quidem libri auctoritatem etsi summo semper loco habuimus, ante aliquot tamen annos maior huius historiae fides et dignitas etiam apud exteros accessit. in duabus enim celeberrimis bibliothecis, Florentina nimirum, Serenissimi magni Hetruriae ducis, et Regii monasterii RR. PP. familiae S. Basilii Messanae eadem uetustissimis litteris in membrana perscripta reperta est. interposita est ea in his bibliothecis inter opera Ioannis Chrysostomi; id quod nonnullos ut crederent adduxit, ab hoc eam profectam esse.*

De itinere Pauli in Italiam facto narratur apostolum a Melita insula in Siciliam profectum esse et primum Syracusas deinde Rhegium et Messanam naue appulisse Messanensibusque Bacchylum siue Barchyrium primum episcopum ordinauisse. quae quidem narratio cum apostolicam quam Messanensis ecclesia sibi uindicabat originem antiquissimo ut opinabantur testimonio confirmaret, liber iste feliciter repertus Messanensibus summa auctoritate fuit, praesertim cum haec res nullo alio ueteris ecclesiae documento probaretur. sed non defuerunt, qui actorum fidem infringerent. etenim quod iam Constantino Porphyrogenneto imperatori Constantinopolitano saec. X uisum erat de Pauli apostoli naufragio facto ad Melitam insulam Dalmaticam siue Adriaticam[1]), id scriptoribus Venetis magis placuit, quam actorum illa narratio quae apostolum a Gaudomeleta, i. e. a parua insula Gauda uel Cauda Melitam insulam notissimam prope Siciliam adiacente Syracusas nauigauisse tradit. imprimis Ignatius Georgius Venetus saeculo XVIII actorum auctoritatem uehementer impugnauit ('Paulus apostolus in mari quod nunc Venetus sinus dicitur naufragus'. Venetiae 1730), cui aduersatus est IACiantarius, actorum defensor acerrimus ('dissertatio

[1]) de admin. imper. p. 36 in Bandurii Imperio orient. I, p. 105: *Νῆσος ἑτέρα μεγάλη τὰ Μέλετα ἤτοι τὸ Μαλοζεᾶται, ἣν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὁ ἅγιος Λουκᾶς μέμνηται, Μελίτην ταύτην προσαγορεύων.*

apologetica Pauli Apostoli in Melitam Siculo-Adriatici maris insulam naufragio eiecto' Venetiis 1738).[1] sed non est quod uberius de hac uirorum doctorum controuersia disputemus. nemo enim nostra aetate dubitabit, quin Melita insula quam Acta Apostolorum (28, 1) perhibent, inter Siciliam et Africam in mari interno, neque uero in sinu Adriatico sita fuerit. nam quae Act. 27, 27 de Paulo cum sociis in Adria nauigante legimus, ea non ad mare quod nos dicimus Adriaticum sed ad ipsum mare internum referenda sunt. actorum igitur Petri et Pauli de nauigationibus Pauli narratio cum actis Apostolorum optime consentit.

Sed totum hoc Pauli itinerarium quod in plerisque graecis codicibus rebus ab utroque apostolo Romae gestis praemittitur, non solum in latina uersione, sed etiam in codice Veneto Marciano, de quo infra plura dicenda sunt, desideratur. qui quidem codex Paulum ex Hispania Romam uenisse uel potius ab itinere illo Hispanico, cuius etiam Actus Vercellenses mentionem faciunt, reuersum esse narrat. quaeritur igitur num itineris illa descriptio ad originalem actorum textum pertinuerit. multa sunt sane quae dubitationem incutiant. Rhegium oppidum Calabriae uocatur, quo prouinciae nomine Bruttii et Lucani non ante saeculum IX comprehenduntur (cf. Thilo acta Petri et Pauli I, 9 sq.). Erasmus Gaëtanus Petri discipulus, apud quem Paulus hospitatus esse fertur, Formiorum ille episcopus et martyr sub Diocletiano fuisse uidetur, cuius reliquiae una cum cathedra episcopali anno 842 per Gregorium II papam Gaëtam translatae sunt (Acta SS. Iun. tom. I, 212). oppidorum nomina *Συρακοῦσα* pro *Συρακοῦσαι*, *Μεσίνη* pro *Μεσσήνη*, nec non insulae nomen *Δίδυμος* (uel *Δίδυμοι*) pro *Διδύμη* apud scriptores mediae demum aetatis occurrunt (cf. Thilo l. s. p. 9. 12). apparet igitur itinerarium illud non ante saeculum IX in eam formam quam nunc habemus redactum esse. accedit quod nomina episcoporum ab apostolo ordinatorum quae in itinerario commemorantur fere numquam cum reliqua cuius notitiam habemus ecclesiastica memoria consentiunt. alia tam misere corrupta sunt, ut graeculum linguae terraeque ignarum

[1]) cf. de hac re Baumgarten, Nachrichten von merkwürdigen Büchern VIII, 157 sqq. Walch, biblioth. theolog. III, 455. Thilo, acta Thomae p. LIV. Placidi Reynae et Abelae commentationes supra memoratae reperiuntur in Graeuii Thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae, tom. IX et XV. Lugd. Batav. 1723.

haec scripsisse suspiceris. legimus *Γαυδομελέτῃ*[1]), *Ποντιόλῃ*[2]) pro Puteolis, *Βαΐα* (Baiae), *Γαῖται* (Gaeta), *Τρίβους ταβέρνης*, *Βικουσαράπῃ* (uicus Sarapis? uel Vico Sabino?); quibus addere placet quae in iisdem codicibus sub finem passionis Apostolorum occurrunt *Ἀκκοῦαι Σαλβίας* (Aquae Saluiae), *ὁδὸς τῆς Ἀππίας πόλεως* (uia Appia), alia. quid quod Paulus Terracina Tres Tabernas naue profectus esse, Tribus autem Tabernis Forum Appii, quem uicum multo longius quam Tres Tabernas Roma abesse constat, iter fecisse narratur, ita ut fratres cum apostolo ad eum salutandum Romamque deducendum Tres Tabernas obuiam irent, non tam obuiam uenisse sed apostolum praeteriisse uideantur. sed haec et alia quae hoc loco omitto in libro meo 'Die apokryphen Apostelgeschichten' II, 1, p. 305 sqq. uberius exposui. satis habeo monuisse, originalem narrationis formam, quam in libro illo restituere conatus sum, a posteriori retractatione diligenter distinguendam, istam cum reliqua actorum parte artissime coniungendam, hanc autem insipido cuidam saeculi IX monacho qui Siciliae uel Magnae Graeciae nescio quod monasterium incolebat tribuendam esse.

Graeci textus post Lascarim etiam Antonius Carafa Romanae ecclesiae cardinalis, qui acta nostra manu scripta cum Alphonso Salmeron communicauit, notitiam habuit. Carolus Du Fresne in Glossario mediae et infimae graecitatis sub uocibus *βούλλα*, *καστέλλιον*, *ὀρδινεύειν*, aliis, et Cotelerius in adnotationibus ad Constit. apostol. VI, 10 plura ex graecis his actibus manuscriptis protulerunt. et Cotelerius quidem ut obseruauit Tischendorf codice Parisino num. 897 usus est, neque alio usus uidetur Carolus du Fresne[3]).

---

[1]) *quomodo comminisci aliquis potuerit compositum Γαυδομελέτης uocabulum, haud difficile est dictu. etenim Gaulos siue Gaudos et Melite exiguo spatio sunt disiunctae et illa huius quasi pars, ita ut olim crederetur, orationes Pauli Melitensibus habitas etiam in Gaulo auditas esse . . . uoluit igitur quisquis auctor est illius nominis significare, Meliten cum Gaudo coniunctam eamque ut uidetur distinguere ab altera Melita Illyrica* (Thilo l. s. p. 6).

[2]) *constanter scribitur Ποντιόλη, nec dubito quin auctor hoc nomen uoluerit ominosum haberi. infra enim narrat Pauli diris τὴν πόλιν ἐκείνην τὴν καλουμένην Ποντιόλην πεποντισμένην εἰς τὴν ὄχθαν τῆς θαλάσσης ὡσεὶ ὀργυιὰν μίαν· hisque addit uerba: καὶ ἐκεῖ ἔστιν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας εἰς μνημόσυνον ὑποκάτω τῆς θαλάσσης. utrum hoc sit merum fabulatoris commentum, an is respexerit traditionem de terrae motu quo Puteoli desederint, nescimus* (Thilo l. s. p. 12).

[3]) *confudisse enim uidetur numerum ueterem eius codicis 2429 cum numero 4249 quo codicem unde hausit designat* (Tischendorf).

Primus Ioannes Carolus Thilo editionem graecam actorum Petri et Pauli duobus programmatibus Halensibus instituit, translationem latinam ex duobus codicibus Guelferbytanis haustam, praefationem, commentarium criticum et historicum adiecit; particula prior (paginarum 28 formae 4) prodiit ad sacra Christi paschalia celebranda anno 1837; posterior (paginarum 30 formae 4) eadem occasione festa anno 1838. cum hac editione conferantur quae idem Thilo in Notitia nouae codicis apocryphi Fabriciani editionis quam Actis S. Thomae apostoli praemisit (Lipsiae 1823) doctissime ut solebat commentatus est (p. LIII—LIX). usus est codice Parisino 1470, adhibito 'paucis tantum locis emendandis' altero Parisino signato num. 897. post illum Constantinus Tischendorf in editione huius libri priore nouis subsidiis quaesitis textum graecum iterum prelo mandauit. adhibuit autem ille praeter Thilonianos istos codices, quos denuo excusserat, duos codices Parisinos Coislinianum 121 et bybl. National. 635, codicem Venetum bybliothecae Marcianae n. XXXIII classis VII, et primam actorum partem ex codice Messanensi a Placido Reyna exscriptam. in commentario critico duobus codicibus latinis Guelferbytanis usus est, quorum alterum (Guelf. A) Thilo in textu latino edendo secutus est, alterius (Guelf. B) uarias lectiones in commentario critico apposuit.

Nostrum erat apparatum criticum quantum potuimus augere textumque graecum duplicem, quem Tischendorf mirum in modum confuderat, una cum translatione latina codicibus graecis multo antiquiore denuo recensere.

codices graeci quos ad editionem parandam adhibui hi sunt:

*A* = cod. Paris. gr. 1470. 'Is codex' ut Tischendorf adnotat 'est ex antiquissimis eorum omnium qui litteris minutis exarati sunt: scriptus est enim anno Christi 890, siue ut in ipso codice subscriptum legitur, mense Aprili, indictione octaua, anno 6398. Actus Petri et Pauli ibi leguntur fol. 98 uerso et sqq.'[1]) codex haud ita multum post antiquioris textus retractationem de qua supra disputaui conscriptus est. contulit eum post Thilonem Tischendorf diligentissime. codici inscribitur: *πράξεισ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου ἤτοι μαρτύριον μαρτυρησάντων ἐν ῥώμῃ . . . ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν*

---

[1]) *Disseruit de hoc codice, addito scripturae specimine, Montfaucon in Palaeographia graeca pag. 269 sqq.* Tischend.

*τὸν ἅγιον παῦλον τὸν ἀπόστολον ἀπὸ γαυδομελέτησ τῆσ νήσου.* explicit f. 108ʳ A: *πόλεωσ· ἐν οἷς τόποισ διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν εὐεργεσίαι πολλαὶ παρέχονται τοῖσ πιστοῖσ ἐν τῷ ὀνόματι . . . ἐτελειώθη δὲ ὁ δρόμοσ τῶν ἁγίων ἀποστόλων . . . ἀμήν. ἐπαῖσ . . . καὶ παύλου.*

*B* = cod. Paris. gr. 897 saec. XII f. 131ᵘ sqq. is codex partim membranaceus partim chartaceus est; illa pars in qua loco IX acta Petri et Pauli habentur, membranacea. codicem contulit Tischendorf. incipit cod.: *πράξεισ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου καὶ πῶσ ἐν ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν ἐπὶ νέρωνοσ. εὐλόγησον πάτερ· ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον ἀπὸ γαυδομελέτησ τῆσ νήσου.* explicit fol. 157ʳ iisdem fere uerbis ac codex A.

*C* = cod. Paris. Coislin. 121 exaratus anno p. Chr. 1343. Constantinus Tischendorf, qui et hunc codicem contulerat scripsit de eo haec: 'Loco 41 siue folio 114 incipiunt actus Petri et Pauli. exeunt folio 117 uerbis *ἀλλὰ πάντα ψευ[δῆ λέγεις]* sect. 61. uidentur eo loco aliquot codicis folia periisse; folio enim 118 — quod Montefalconius non animaduertit — longe alia sequuntur, quorum priora desiderantur. legitur enim in hunc modum: — *βῶν πορεύθητι καὶ ἐὰν κωλύσῃ* (codex *κολύσι*) *σε ἡ φλογίνη ῥομφαία τοῦ μὴ εἰσελθεῖν, ἐπίδειξον τοῦτο τὸ βασιλεικὸν σημεῖον, καὶ εὐθέως ἀνοίξει* (codex -*ξη*) *σοι τὰς θύρας. καὶ ἦλθον, καὶ εὐθέως ἰδοῦσά με ἡ φλογίνη ῥομφαία ἡ φυλάττουσα τὸν παράδεισον ἀπέκλεισεν τὰς θύρας* etc. de his alibi uidebimus: pertinent ad eam de latrone apud inferos historiam quae in altera parte euangelii Nicodemi legitur, cap. XXVI.'

*D* = cod. Paris. gr. 635. 'Is codex bombycinus est, saeculi fere XIV. ex eius textu actuum quos loco XI habet, longe plurima, etsi non omnia cum reliquis contulimus' (Tischendorf). noua codicis collatione supersederi posse putaui. codici inscribitur *μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου. ἐγένετο κτλ.* explicit fol. 189ʳ iisdem uerbis quibus cod. *A*, sed desunt uerba *διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν.*

*E* = cod. Venet. bybl. Marcian. XXXVII classis VII. de quo codice apud Tischendorfium haec leguntur: 'codex est bonae notae, sed quae de aetate eius accuratius notaueram

mihi non amplius ad manus sunt. incipit una cum latinis codicibus inde a sectione 22 uerbis his: *Ἐλθόντος εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ ἁγίου Παύλου ἀπὸ τῶν Σπανιῶν* (haec in nullo alio teste nec graeco nec latino addita uidi) *συνῆλθον πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ Ἰουδαῖοι.* magna est huius textus et reliquorum differentia; est autem eiusmodi, ut Venetus codex plerumque assentientes habeat latinos codices. sectiones 62—66 in reliquis plane desiderantur. rursus in Veneto et latinis desunt quae in reliquis de Perpetuae (quae Pseudo-Lino Plautilla dicitur) et Potentianae martyrio inde a sectione 80, itemque de martyrio trium Neronis militum ad Christum conuersorum inde a sectione 84 adduntur.' codex olim fuit Nanianus 153; papyraceus est saeculi XVI. idem codex fol. 114$^{r}$—168$^{u}$ etiam acta Ioannis quae sub Prochori nomine feruntur continet, ex multo antiquiore codice, scilicet Palatino Vaticano 37 saeculi X, exscripta. cuius libri auctoritatem ad Prochori textum constituendum plurimi faciendum esse rectissime iudicauit Theodorus Zahn (Acta Ioannis praef. p. IX sq.). uehementer igitur dolendum est, quod actorum Petri et Pauli testis longe uetustior, quem Nanianus exscribendo secutus est, nondum reperiri potuit. uidetur enim eiusdem fere aetatis fuisse atque Pal. Vatic. 37. codicem diligentissime contulit CTischendorf.

*F* = cod. Messan. olim monasterii S. Mariae de Trapizomata, quo Placidus Reyna usus est. quae exscripsit pertinent ad primam tantum actorum partem (sect. 1—6).

*G* = cod. Vindob. hist. gr. 116 olim 36 (loco 11), cuius mentionem facit Lambecius in comm. de bibl. Caesar. VIII p. 802 ed. Kollar. codici superscribitur: *πράξεισ καὶ θαύματα τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου, πῶσ ἐν ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν ὑπὸ νέρωνοσ.* incipit sic: *Ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον ἀπὸ γαυδομελίτησ τῆσ νήσου καὶ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἰταλίασ καὶ διδάσκοντοσ τὸν λόγον τοῦ κυρίου.* explicit fol. 105$^{u}$ *πόλεωσ· ἐν οἷσ τόποισ διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν . . . ἐτελειώθη δὲ ὁ δρόμοσ . . . μεθ' οὗ τῷ πατρὶ . . . ἀμήν.* textum quem Kollarius falso in homiliae formam redactum esse iudicauit, Tischendorf commemorauit quidem, sed non exscripsit. integram

codicis collationem mihi parauit Sigfridus Mekler Vindobonensis.

*H* = cod. Paris. gr. 1505 saec. XII f. 154ᵘ B. *ἄθλησις τῶν ἁγίων κορυφαίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων τοῦ χριστοῦ πέτρου καὶ παύλου. κύριε εὐλόγησον. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν μακάριον παῦλον ἀπὸ γαυδομελέτησ τῆσ νήσου κτλ.* inter fol. 156 et 157 plura folia exciderunt. desunt omnia inde a uerbis *καὶ αὐτὸς ὤν* (188, 14) usque ad uerba *πλεῖον ἠγωνίσατο περί* (212, 11). explicit f. 157ᵘ A: *πόλεωσ· ἐν οἷσ τόποισ διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν εὐεργεσίαι πολλαὶ καὶ ἰάσεισ παρέχονται τοῖσ πιστοῖσ. ἐτελειώθη δὲ ὁ δρόμοσ . . . ἀμήν.* codicis collationem Gottholdo Gundermann acceptam refero.

= cod. Paris. gr. 979 saec. XIII f. 294ʳ *πράξεισ καὶ μαρτύριον τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου. καὶ ὅπωσ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐτελειώθησαν. εὐλόγησον δέσποτα. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον τὸν ἀπόστολον ἀπὸ γαυδῶμελίτησ τῆσ νήσου κτλ.* expl. f. 309ᵘ: *τῆσ πόλεωσ· ἐν οἷσ διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν πολλαῖσ ἰάσεισ ἐγένοντο τοῖσ δεομένοισ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου . . . ἐτελείωθη δὲ ἡ μαρτυρία τῶν ἁγίων ἀποστόλων . . . ἀμήν.* codicem contulit G. Gundermann.

*K* = cod. Paris. gr. 771 saec. XIV f. 289ʳ inscribitur ut cod. B, sed articulo *τί* ante *πῶς ἐν ῥώμῃ* praemisso. expl. ut cod. B. contulit et hunc codicem G. Gundermann.

*L* = cod. Florent. Laur. Plut. IX, 6 saec. XI f. 358 (cf. Bandini, cat. codd. gr. I, 393). incipit: *ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον ἀπὸ γαυδομελέτησ τῆσ νήσου ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἰταλίαν.* explicit *χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ . . . ἀμήν.* hic est codex ille Florentinus cuius Placidus Reyna mentionem fecit. in margine actorum textus falso appellatur Homilia et Ioanni Chrysostomo adscribitur. apographum codicis quod olim instituit Lucas Holstenius, asseruatur inter schedas Holstenii; signatum est: cod. Barberin. XXXIII, 118; ibi p. 46—70 acta Petri et Pauli leguntur. ex Laurentiani codicis speciminibus, quas FRoediger mihi transmisit, intellexi Holstenii apographum si minutias quasdam ad orthographiam pertinentes omittas summa fide dignum esse.

*M* = cod. Palat. Vatican. 317 saec. XII f. 19ᵘ *πράξισ τῶν ἁγίων καὶ εὐφήμων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου καὶ πῶσ ἐν ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν ἐπὶ νέρωνοσ τοῦ μιαρωτάτου. κύριε εὐλόγησον. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν παῦλον ἀπὸ γαυδομελέτησ τῆσ νήσου κτλ.* explicit f. 27ᵘ *πόλεωσ· ἐν οἷσ τόποισ . . . τοῖσ πίστει προσιοῦσιν ἐν τῷ ὄν. . . . ἐτελειώθη . . . ἀμήν.* specimina codicis AMau mihi transmisit.

*N* = cod. Vatican. gr. 821 saec. XIII f. 140ᵘ *ἱστορία ἐκκλησιαστικὴ τῶν πράξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον ἀπὸ γαυδομελέτησ τῆσ νήσου.* expl. fol. 153ᵘ *πόλεωσ· ἐν οἷσ διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν . . . ἐτελειώθη . . . μεθ' οὗ τῶ πατρὶ . . . δόξα καὶ τιμὴ καὶ κράτος . . . ἀμήν.* specimina codicis curauit AMau.

*O* = cod. Oxon. 82 Noui Collegii saec. XI f. 199ᵘ *μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου. καὶ πῶσ ἐν ῥώμῃ ἐτελειώθησαν ἐπὶ νέρωνοσ. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον κτλ.* expl. fol. 211ᵘ *μεθ' οὗ τῶ πατρὶ . . . τιμὴ καὶ προσκύνησισ νῦν καὶ ἀεὶ . . . ἀμήν.* codicis collationem acceptam refero uiro plurimum reuerendo WACHeadlam B. A., collegii omnium animarum Oxoniensis socio.

*P* = cod. Barocc. 147 saec. XV f. 176 *μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων πρωτοκορυφαίων καὶ κοσμοσώστων τοῦ χριστοῦ ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου· εὐλόγησον πάτερ. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν μακάριον παῦλον κτλ.* explicit: *πόλεωσ· ἐν οἷσ τόποισ διὰ τῶν προσευχῶν αὐτῶν εὐεργεσίαι πολλαὶ καὶ ἰάσεισ παρέχονται τοῖσ πιστοῖσ. ἐτελειώθη δὲ ὁ δρόμοσ . . . χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρ. ἡμ. ἰησ. χρ. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτοσ τῷ πατρὶ ἅμα καὶ τῷ ἁγ. πν. . . . ἀμήν.* sectiones 1—30 contulit Eduinus Hatch, M. A., uir illustrissimus deque ecclesiae christianae primordiis recte cognoscendis meritissimus, cuius praematuram mortem uehementer deploramus, reliquam codicis partem uir plurimum reuerendus JLGMowat, M. A., Pembrocensis collegii socius.

*Q* = cod. Athous bibl. Batopedianae 368 saec. XIII f. 131ᵘ *πράξισ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου καὶ πῶσ ἐν ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν, ἐπὶ νέρωνοσ βασιλέωσ. δεσπ. εὐλόγησον. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον παῦλον κτλ.* expl. f. 145ʳ codicem contulit Philippus Meyer

ecclesiae euangelicae apud Smyrnaeos olim pastor meritissimus.

*T* = cod. Taurin. (C. IV. 4) inde a fol. $24^r$ saec. XI/XII f. $118^u$ *πράξεισ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου καὶ πῶσ ἐν ῥώμῃ ἐτελειώθησαν. εὐλόγησον. ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν κτλ.* explicit fol. $129^u$ *ἐτελειώθη δὲ ὁ δρόμοσ αὐτῶν . . . μεθ' οὗ τῶι πατρὶ δόξα σὺν ἁγ. πν. . . . αἰώνων.* codicis specimina mihi transmisit EHauler.

His codicibus addendus est cod. Athous Cutlumus. 24 saec. XI f. $131^u$ *πράξις τῶν ἁγίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου καὶ πῶς ἐν ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν ἐπὶ νέρωνος βασιλέως. δεσπ. εὐλόγησον.* doleo quod Philippus Meyer cum in bybliothecis Athois uersaretur collationem huius codicis instituere omisit.

Praeterea memoranda est singularis quaedam narrationis forma quae in codice Vatic. gr. 1190 chart. saec. XV—XVI f. $890^r$—$893^u$ reperitur. codex cui inscribitur *πράξις καὶ μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ πρωτοκορυφαίων ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου. δέσποτα εὐλόγησον* passionem utriusque apostoli seorsim tractat. passio Petri quae legitur f. $890^r$—$892^u$ paucis uerbis de primariis apostolis praemissis primum quidem quae ex scriptura sacra de Petro apostolo cognoscuntur enarrat, deinde uero ex ipsis actis Petri et Pauli plura excerpit, ita tamen ut alia multa, praesertim omnia quae ad Paulum pertinent omittat. textus interdum ad uerba cum actorum tenore consentit; ad locos difficiliores emendandos nihil fere facit. quae deinde f. $892^u$—$893^u$ de Paulo apostolo proferuntur nihil quod memoratu dignum sit continent. exscripsit codicem AMau, paucis quae ex scriptura sacra hausta sunt omissis.

Iam de actorum textibus edendis rationem reddamus. ante omnia id egimus, ut duas graeci textus formas uehementer inter se differentes quas Tischendorf in unam quasi indiscretamque massam coegit denuo separaremus. nam recte ille quidem graeci Veneti et latini textus conuenientiam animaduertit; recte etiam Venetum textum nonnumquam unum omnium uel uno tantum ex reliquis graecis comitante antiquissimam scripturam tueri existimat. sed textuum discrepantia maior est quam quae utrumque in unum corpus coalescere patiatur. praeterea quibus rationibus uir doctissimus in textu constituendo ductus fuerit me non assecutum esse fateor. praefert ille quidem textum Marcianum non solum ubi cum latino interprete contra graecum

uulgatum facit, sed nonnumquam etiam ubi ab utriusque scriptura solus discedit. nihilominus codicis illius auctoritas Tischendorfio non tanta est, cui ubique textum suum subiungat. saepenumero enim textum uulgatum cum latino consentientem textui Marciano anteponit, non solum in uariis lectionibus sed etiam in additamentis ab utroque suppeditatis. sed inde a sectione 77 usque ad finem textus latini cum uulgato consensum prorsus contemnit. utrumque textum ex uno eodemque archetypo haustum esse apparet, scilicet ex retractatione quadam antiquissimorum illorum actorum Pauli, quibus iam Origenes et Eusebius usi sunt (uide supra p. XI). cuius quidem retractationis saeculo ut mihi uidetur quinto post Christum institutae auctor, cum ex actibus Petri gnosticis quaedam delibaret quae narrationem catholicam supplerent, quasi uiam muniuit recentioris correctoris lucubrationibus, qui gnosticarum fabularum uarietate magis delectabatur, quam disputationibus illis sect. 23. 36. 38. 46. 49. 62—66 tum inter Paulum et Iudaeos tum inter apostolos et Simonem habitis. itaque alia addidit, alia omisit, alia correxit. sic ortus est textus ille uulgatus qui omnibus codicibus graecis praeter unum Marcianum continetur. alteram quam dicunt textus recensionem ille instituit, qui siue antea siue postea itinerarium Pauli apostoli de actorum corpore abscidit, propterea quod Paulus bis Romae fuisse et ab Hispanico itinere redux morte affectus esse putabatur. haec breuior actorum Petri et Pauli forma tum in codice Marciano tum apud interpretem latinum reperitur. utrumque igitur textum graecum seorsim edendum curaui, Marciano autem latinam interpretationem saeculi ut uidetur sexti exeuntis adieci.

Textus latinus longe propius ad codicem Marcianum quam ad reliquos codices accedit. sed nonnumquam fit, ut cum his contra illum consentiat. ex quo numero sunt hi loci: sect. 27 (6) *ἡμεῖς ὡς ἠκούσαμεν.* sect. 29 (8) *ἀλλ' οἱ ἄρχοντες . . . ἑαυτὸν παθεῖν.* ibid. *ὥσπερ οὖν ἐκ τῆς πλευρᾶς . . . μῶμον.* sect. 30 (9) *τούτοις οὖν* usque ad finem. sect. 31 (10) prima uerba usque ad *ἐπίστευσεν* (sequuntur aliquot uerba interpretis propria *et perpauci fuerunt . . . uel praecepta*). sect. 53 (32) omittit latinus interpres uerba codicis Marciani *διελθούσης . . . ἐθαύμασεν* et paulo post *ἰδοὺ σῶός εἰμι.* paulo ante uerbis *ὅτι μετὰ τὸ δειχθῆναι . . . τὰ μέλη* cod. *E* a latinis pariter atque a reliquis graecis testibus discedit. sect. 55 (34) uerba textus graeci uulgati *πολλὰ κακὰ εἰς ἑαυτοὺς ποιεῖν* propius ad latina accedunt,


sed haec copiosiora sunt. sect. 58 (37) latinus interpres cum textu uulgato addit *ἐδίδαξα γὰρ ἵνα τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγοῦνται.* ibid. latinus aliquot enuntiata addit: *docui possidentes . . . reipublicae* et post *τὴν πίστιν sicut illi seruare . . . conditor rerum deus.* sect. 60 (39) latinus cum graeco uulgato addit *ἥτις ἐστὶν ὁδὸς . . . ἐν αὐτῇ.* sect. 67 (46) latinus cum graeco uulgato habet *ἀλλ' οὐδὲ σύ . . . ἐβεβαίωσας.* sect. 69 (48) post *λέγετε* uterque addit *καὶ οἴδατε . . . ὑμᾶς καταξιώσω.* item sect. 73 (52) *εἴ τι ἂν ἴδῃς αὐτὸν ἐπιχειροῦντα.* sect. 74 (53) uerbis graeci uulgati *ἵνα γνῷς κτλ.* et sect. 76 (55) uerbis eiusdem testis *ἔφη δὲ ὁ Παῦλος τῷ Πέτρῳ* latinus adstipulatur; inde a sectione 77 (56) interpres latinus fere eundem textum atque graecus uulgatus praebet, omissis tamen quae ille de Perpetua, de Potentiana et de tribus militibus admiscuit. huc pertinent e. gr. sect. 77 (56) uerba *τὸν κτίστην τῶν ἁπάντων . . . Χριστόν* et paulo infra *καὶ τέσσαρα μέρη γενόμενος . . . σήμερον ἡμέρας.* sect. 78 (57) uerba graeci uulgati *ἡ ἔρις αὐτοῦ . . . ἀπολέσθαι* accuratius quam quae cod. *E* habet *ἡ ἐννόησις . . . ἀπωλείας* ad latina quadrant. sed latinus hoc loco copiosior est; addit *si intellegas* et *ne tantas . . . blasphemias.* sub finem sectionis uerbis *ὕποπτόν μοι . . . πληρωθῆναι* latinus graeco uulgato adstipulatur; item sectione 79 (58) *τότε ὁ Νέρων* usque ad finem; sect. 81 (60) *ἐπειδὴ ὁ κύριός μου* usque ad finem; sect. 82 (61) *συνῆλθεν δέ* usque ad finem, paucis uerbis ut *ὑπήντησέν μοι ὁ κύριος* quae latinus cum *E* tuetur exceptis; item sect. 83—87 (62—66) interpres latinus et graecus uulgatus contra codicem Marcianum consentiunt. sectione 88 (67) latinus ab utroque graeco discedit.

Ex hoc locorum conspectu apparet, textum latinum non ex textu Marciano uel ex Marciani archetypo deriuatum esse, sed genuina actorum uerba saepe contra illum conseruasse. inde a sectione 77 (57) textus Marcianus in breuiorem formam redactus est.

Inter codices qui textum uulgatum perhibent longe praestantissimus est codex *A*, cuius scripturam tamquam fundamentum editioni substruxi. non tanta quidem est eius auctoritas, ut eum reliquis omnibus testibus neglectis sequamur. sed accedentibus duobus melioris notae codicibus qui diuersarum familiarum sunt, ut *BL*, *BO*, *LO*, *HO*, *HI* etc., semper hanc paucorum scripturam multitudini praeferendam esse duxi. inter reliquos codices *BDLO* maioris pretii sunt. cod. *O* saepe cum

*A*, rarius cum *BL* consentit. codices *BDGIKLMNQT* eiusdem stirpis esse apparet; inter quos *GILMNQ* artiore necessitudinis uinculo coniunguntur. *M* fere semper, *G* et *NQ* plerumque cum *L* concordant; cod. *I* eiusdem familiae textum sed interpolatum praebet: multa enuntiata omittit, transponit, transformat. codex *B* haud raro archetypi scriptionem seruasse uidetur; obtinet autem medium fere locum inter *L* et *D*, quamquam propius ad illum quam ad hunc accedit. idem statuendum esse uidetur de codice *T*, cuius pauca tantum specimina adhibui. codice *K* qui plerumque cum *B* facit facile carere possis; satis habui scripturam huius codicis ad undecim priores sectiones apposuisse. cod. *D* ab omni eiusdem stirpis propagine saepissime discedit: multa omisit, plura corrupit aut certe mutauit; sed haud raro ueram scripturam seruauit. ex eadem atque cod. *D* progenie sunt codd. *HP*, quorum tamen textus sescenties uerbosior et ornatior est. codicis *H* maxima pars deperiit; in cuius locum substituimus codicem *P*, multo quidem recentiorem, sed ex eodem fonte, fortasse ex ipso codice *H* olim integro deriuatum. interdum codex *P* scripturas codicum *L* uel *B*, rarius codicis *O* tuetur, uel potius textui *D* admiscet. ultimo loco habemus codicem *C*, quem Tischendorf reliquis temere praefert. originem quidem traxit ex libro, qui eiusdem prosapiae fuisse uidetur atque codices *B* et *D*; sed ipse codex a librario nescio quo miserum in modum interpolatus est.

codicum cognationem hoc stemmate illustrasse iuuabit:




Erunt qui dicant me in textu constituendo non ut par fuerit codicis *E* Marciani rationem habuisse. qui quidem codex cum saepius a codicis *A* scriptura discedat codicibusque alterius familiae adstipuletur, facile suspicari possis, istius cum uno

uel altero textus uulgati codice conuenientiam pluris faciendam esse quam reliquorum uel optimorum librorum auctoritatem. sed caueas ne temere hunc ducem in textu recensendo sequaris. haud raro enim reperiuntur loci, in quibus manifestae scripturae corruptelae in codicem Marcianum intrusae sunt. sic Marcianus sect. 2 (23) *τῇ τῶν Ἑβραίων βίβλῳ καὶ μαρτυρίᾳ* habet pro *τῇ τῶν Ἑβρ. βίβλων μαρτυρίᾳ* quod cum *C* restitui (*τῇ τῶν Ἑβρ. βίβλῳ μαρτυρίᾳ ABDIOP*); sect. 5 (26) *βεβήλοις* et *βδελυκτοῖς* cum reliquis graecis codicibus legit pro *βέβηλοι* et *βδελυκτοί*, quod cum latinis restituendum est; sect. 11 (32) *λίθους ἀνδριάντας* habet cum *C* pro *λιθίνους ἀνδριάντας*; sect. 31 (52) *μέγας* cum *ACD* pro *μάγος* habet quod *BGILOPQ* tuentur; sect. 32 (53) *κελεύσαντα* cum *ABGLO*, ubi Tischendorf (cum *PQ*) *κελεύσαντος* scripsit, ego *κελεύσαντι* restitui; sect. 36 (57) *οὐχ ὁρῶσι* cum *ABDIP* pro *οὐ χωροῦσι* quod sine dubio cum *GLOQ* recipiendum est. selegi aliquot locos, in quibus *E* non solum cum *A*, sed etiam cum aliis melioris notae codicibus a genuina scriptura abhorret. ne mireris igitur quod etiam aliis locis a codicis *E* scriptura cum hoc uel illo textus uulgati codice concordante discesserim. sic sect. 23 (2) retinui *ἡμᾶς* cum plerisque codd., quod *EOP* omiserunt; sect. 27 (6) scripsi *ῥεύσαντος* cum *AGILO* non *ῥυέντος* cum *CDEPQ*; sect. 30 (9) *σύ* pro *σὺ εἶ EQ*; sect. 33 (12) *δειγματίσουσι* cum *ADGPQ* Tisch. non *δειγματίσωσι* cum *BCEILO*; sect. 34 (13) *ἐπὶ Νέρωνος . . . τοῦ Καίσαρος* pro *ἐπὶ Νέρωνα . . . τὸν Καίσαρα CE*; sect. 35 (14) *θεοῦ* cum *AGI* non *τοῦ θεοῦ* cum *BCDELOPQ*; sect. 36 (15) addidi *αὐτῷ* quod deest in *DEG*; ibid. scripsi *δυνήσεται* non *δύναται BCDE*; sect. 38 (17) *καταλαζονεύεις* non *καταλαζονεύει DE*; sect. 39 (18) retinui cum plerisque codd. graecis et interpretatione latina *καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἀναγνωσθῆναι* quod praeter *E* etiam *LQ* omittunt; sect. 40 (19) scripsi *ἐγύμνωσα* cum *ACDGIPQ* non *ἐγύμνασα* cum *BELO* et *λεχθείη* non *λεχθῇ* cum *CDEL*; sect. 41 (20) *ἐγείροντα* non *ἐγείραντα BEGIQ*; ibid. *θαυμάσια* non *θαύματα DEPQ*; sect. 42 (21) *ταφέντος* non *ταφέντα EI*; ibid. ad *ἐγώ* addidi *δέ*, quod *CDE* latinus interpres neglexerunt; ibid. post *ἀνήγαγον* addidi uerba *τῷ κράτει σου* in codd. *DEL* et in latino textu omissa; sect. 44 (23) retinui *ἐκδικήσωσι* cum plerisque codd. pro *ἐκδικήσουσι DEL*; sect. 45 (24) scripsi *ἑαυτοῦ* non *αὐτοῦ* (*CE*); ibid. adieci *βασιλεῦ* quod omittunt *CE*; ibid. addidi *δέ* post *ψεύσασθαι* quod *EGIP* deleuerunt; ibid. omisi *ὡς δὲ ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι* (*ἀχθῆναι C*) *καὶ λάθρα τῷ Πέτρῳ*

*δοθῆναι* quod *CE* praebent et scripsi cum plerisque codd. *καὶ εἶπεν πάλιν*; sect. 47 (26) omisi *ἀγαθέ* ante *βασιλεῦ* quod praeter *E* etiam *PQ* addunt; ibid. scripsi *χερıδίοις* non *χειριδίοις* quod praeter codicem *E* solus cod. *B* tuetur; sect. 49 (28) *ἡττήμεθα* non *ἡττήθημεν EG*; sect. 51 (30) *ἐπ' αὐτῷ* cum *ACIOP* non *ἐπ' αὐτόν BDEGLQ*; ibid. restitui *ἤ* prius cum *ADIGLO* quod *BCEPQ* omittunt; ibid. *δαιμόνων* non *δαιμονίων EO*; sect. 53 (32) *ὡς Σίμων* cum *BIG* non *ὁ Σίμων CDEOQ*; sect. 57 (36) *ταύτην* non *αὐτήν CDEP*; sect. 58 (37) *ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι* non *ἐπὶ τῇ τοῦ πλούτου ἀδηλότ. DEP*; sect. 60 (39) addidi cum plerisque *τοῦ Χριστοῦ* ad *φωνὴ αὐτόν* quod *CDEI* omittunt; ibid. *ἐλθόντες* quod om. *CDE*; ibid. scripsi *κατὰ τούτων* non *κατὰ τοῦτο CE*; ibid. *διεξεδίκα* cum *AL*(*IQ*) non *διεξεδίκει CDE*(*BP*), et *διεκδικῆσαι* cum plerisque, non *διεκδικεῖν DEP*; sect. 61 (40) omisi articulum ante *Πέτρου* cum *AL*, quem praeter *E* etiam alii plerique tuentur; sect. 67 (46) addidi *σε* post *ἐρωτῶ* contra *DEO*; sect. 70 (49) seruaui *πάλαι* quod *EI* omittunt; sect. 71 (50) *δυνήσομαί σοι εἶναι εὔιλατος* cum plerisque pro *γενήσομαί σοι εὔιλατος EO*; ibid. *ἀνέρχῃ* pro *ἀπέρχῃ E*(*OQ*); ibid. *μοι* ante *πύργον* contra *DEP*; ibid. nominatiuum absolutum *ἀνελθών* quem *DEO* in *ἀνέλθω καί* mutauerunt; sect. 73 (52) *ἔφη* cum *ABGQ*, non *εἶπεν DELO*(*IP*); ibid. *ἤγγισεν* cum *AB GLQ* non *ἤγγικεν DEIOP*; sect. 74 (53) *ὅπου ἄν* non *ὅπου ἐάν DEO*; ibid. *τίς* non *καὶ τίς EO*; ibid. *ἀνελθεῖν* non *ἀπελθεῖν BE*; sect. 77 (56) retinui *ἀνθρώπων* post *ἀπίστων* contra *DEO*; ibid. *τῶν* ante *νεκρῶν* cum *ABDPQ* quod deest in *EGILO*, et *ἵνα* quod *DEI* perperam praetermittunt; ibid. scripsi *βαστάξητε* non *βαστάζητε EI*; sect. 78 (57) *αὐτῷ* pro *πρὸς αὐτόν* (*EO*); sect. 80 (59) articulum ante *Παῦλος* addidi cum *APT* contra *E* et plerosque; sect. 81 (60) *μου* post *κύριος* scripsi, non *ἡμῶν EOQ*; ibid. *ὀρθῷ* cum *ADPQT*, non *ὀρθῶς BEGILMN*(*O*)*T*; sect. 82 (61) recepi *ἀκολούθει μοι* quod cum *E* etiam *BGL* neglexerunt; sect. 85 (64) scripsi *εἰπόντες* non *εἰρηκότες EHPQ*. quae ad orthographiam tantum pertinent, ut *ει* et *η*, *ο* et *ω*, *αι* et *ε* uocalium permutationem non notaui.

alibi aliter statui. sect. 36 (15) addidi *ἄκουσον βασιλεῦ* cum *CEOPQ* latinis, inuitis *ABDGILP*; sect. 41 (20) addidi *θαλάσσης* cum *CDEPQ* latinis, quod deest in *ABGILO*; ibid. scripsi *μάγον* cum *E* latinis, non *πλάνον* ut reliqui. sect. 45 (24) omisi *ὁ Σίμων* post *εἰπάτω μοι* cum *CEILO* latinis; sect. 67 (46) scripsi *ἀλλ' ὃ ἐρωτῶ* cum *DEIP* pro *ἀλλ' ὡς ἐρωτῶ ABGLOQ*;

sect. 73 (52) scripsi *ἀνύσαι* cum *DEPQ* latinis (impetrare), non *ἀναλῦσαι* quod reliqui perhibent.

de hoc uel illo loco facile dubitare possis. sed obseruandum est, quinam potissimum codices cum *E* contra *A* facere soleant. sunt enim codices interpolati *C*, *I*, *P*, quibus accedunt cod. *O* optimae quidem notae sed a docto litteratore passim retractatus, et cod. *D* minoris quam reliqui eiusdem stirpis codices aestimandus. addas quod textus Marcianus uno tantum codice graeco, eoque recentissimo traditur. uariis igitur modis fieri potuit ut ille textus licet cum aliquibus textus uulgati testibus conueniret, tamen ab huius forma genuina plus minusue discederet.

de rebus orthographicis pauca dicenda sunt. haud raro in *CHIP*, passim etiam in aliis codd. uocales et diphthongi *ι* et *ει*, *ει* et *η*, *ι* et *η*, *η* et *υ*, *ι* et *οι*, *ε* et *η*, *ε* et *αι*, *η* et *αι*, rarius *ο* et *ω* inter se permutantur. creberrimam scripturae corruptionem habes in codice *Q*; scribit enim *τῆς* pro *τοῖς*, *ἡτοίσατο* pro *ᾐτήσατο*, *λύποι* pro *λύπῃ*, *τω πατρώων* pro *τὸ πατρῷον*, *πρέσβυς* pro *πρέσβεις*, *ὦν* pro *ὅν*, *ὑμῶν*, *ὑμέτερος* pro *ἡμῶν*, *ἡμέτερος* et uice uersa, *φανής* pro *φανείς*, *ἐπιτήμησον* pro *ἐπιτίμησον*, *αὐτοῖς* pro *αὐτῆς*, *τοῖς ἡγουμένοις* pro *τῆς ἡγουμένης*, *ὅσοι* pro *ὧσι*, *αὐτοί* pro *αὐτή*. addas *ἀποστήλεις* pro *ἀποστεῖλαι*, *ἐπιγγελεία* pro *ἐπαγγελία*, *κύριον* pro *κυρίως*, *πλέον* pro *πλοῖον*, *ἐξήγοντου* pro *ἐξηγοῦντο*, *αὐτοῖς* pro *αὐτός*, *μοι* pro *μή*, *παρέδωκαν* pro *παρέδωκα*, *ἐρευνᾶν* pro *ἐρευνᾶ*, *ὅσοι* pro *ὅσην*, *οὐ* pro *ἤ*, *ἡμετέραν* pro *ἡμετέραι*, *ἐγενόντων* pro *ἐγένοντο*, id genus alia. uix in alio eius generis codice uocalium et consonarum confusionem tam insipidam repperi. itaque satis erat, uariarum lectionum delectum instituisse. hoc unum notatu dignum est, quod interdum formae quae recentiorem graecitatem sapiunt nobis occurrunt. ex hoc numero est *ἐξέστην* pro *ἐξέστη*, *τέσσαρεις* pro *τέσσαρες*, alia; quibus fortasse hanc illamue formam ex supra appositis addere possis. similiter habes in cod. *I* *ἠδυνήθην* pro *ἠδυνήθη*. saepius etiam in melioris notae codicibus formae uerbales in *εις* uel *ει* et in *η* uel *ῃς* desinentes inter se permutantur. haec in notis textui subiectis diligentur apposui, praesertim cum saepius dubitare possis, num indicatiuus futuri temporis an coniunctiuus aoristi scribendus sit. *ν ἐφελκυστικόν* in cod. *I* semper, in *LO* plerumque additur, in reliquis promiscue additur uel neglegitur; item scribitur modo *οὕτω* modo *οὕτως*; sed his minutiis adnotandis supersedi.

Inter formas memorabiles referendae sunt *νύκταν* pro *νύκτα* sect. 7 *CI*; sect. 16 *BGHIO*; sect. 27 (6) *IO*; *τινὰν* pro *τινα* sect. 16 *I*; *μέγα* pro *μέγαν* (*λίθον μέγα*) sect. 84[h] *GHI*; *πάντων* pro *πασῶν* (*πάντων . . . πράξεων*) sect. 25 (4) quod in omnibus codicibus reperitur, uno *O* excepto qui *πᾶν* correxit (cf. Marc. 12, 28). formae uerborum alexandrinae rarissimae sunt; sed recepi passim cum Tischendorfio *εἶπαν*, *εἴπατε*, *ἦλθαν*, *γενάμενος*, optimorum librorum auctoritate fretus. animaduertas porro *ἐγκατελείπατε* sect. 27 (6), *εἰσέλθατε* sect. 30 (9), *ἐξελθάτωσαν* sect. 48 (27) *BDL*, *ἀγάγαι* sect. 55 (34), *ἔλαβα* sect. 84[b] (63) *O*.

Interdum uerba contracta in -*έω*, -*άω*, -*όω* desinentia inter se permutantur. sic inuenimus *ἐπιτιμοῦντα* pro *ἐπιτιμῶντα* sect. 41 (20) *GQ*; *διεξεδίκα* pro *διεξεδίκει* sect. 60 (39) *AL* uel *ἐξεδίκα IQ*; *ἐδήλει* sect. 84g *G*, quibus addas uerbi *τίθημι* formas *ἐπετίθοντο DP* uel *προσετίθοντο G* sect. 29 (8). inter formas inusitatas etiam referas *δίδω* pro *δίδωμι* sect. 80[b] (59) *BGLMNOQT*, aoristum actiui *βαστάξητε* sect. 77 (56) *ABDL*, aoristum passiui *αἰσθανθῶσι* sect. 83 (62) *ABO*. augmentum temporale saepe in codd. omittitur, sed fluctuat scriptura; legimus enim *ἀνεῴχθη* et *ἠνεῴχθη*, *ἐπιτήδευσαν* et *ἐπετήδευσαν*, alia. structura casuum in codice *I* haud raro aetatis recentioris usum prodit; huc referenda sunt *παρὰ Πέτρον*, *παρὰ Παῦλον* sect. 5, *ἀπὸ ταύτην τὴν ὥραν* sect. 77 (56), *ἕως τὴν σήμερον* sect. 77 (56), alia. idem codex haud raro accusatiuum genetiuo uel datiuo substituit; sed longum est talia enumerare. *ἀπό* praepositio si Thilonem audis etiam in codicibus melioris notae cum accusatiuo coniungitur sect. 13 *ἀπὸ Βαΐας*, nisi forte auctorem formis *Βαΐα* et *Βαΐαι* promiscue usum esse statuas. taceo de praepositionum *ἐν* et *εἰς* permutatione, quae in optimis codicibus occurrit. nominatiuos absolutos habes sect. 40 (9) *ἀμέλει ἐπαγγελίας ἔχοντες*, sect. 71 (50) *ἵνα ἐπ᾽ αὐτὸν ἀνελθὼν οἱ ἄγγελοι μου . . . με εὕρωσιν*. utrobique codex Marcianus textum correxit. *ἵνα* cum indicatiuo futuri saepissime, cum indicatiuo praesentis raro inuenitur; conferas *ἵνα κατευθύνει* sect. 60 (81) p. 170, 3 (cod. *E*), sect. 58 (37) *ἵνα . . . προηγοῦνται*. sed sect. 15 *ἵνα . . . ἀπόλλυται* Thilo absque ulla codicum auctoritate scripsit.

Veterem latinam actorum Petri et Pauli translationem cum ad genuinum textum constituendum plurimum ualere intellexerimus, non solum in apparatu critico passim commemorandam sed integram edendam textuique Marciano a dextero

latere apponendam esse statuimus. itaque paucis uerbis de criticis subsidiis quibus usi sumus dicendum est.

Libri manuscripti haud raro in bybliothecis Germaniae, Galliae, Heluetiae, Austriae, Angliae, Italiae reperiuntur. usus sum ad textum constituendum his codicibus:

*A* = cod. Sangall. 561 saec. X f. 1r *incipit passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus ad romam.* expl. f. 20 *ubi prestantur beneficia orationum eius in saecula saeculorum. amen. explicit passio sanctorum apostolorum petri et pauli.* collationem codicis suadente Hermanno Hagen mihi procurauit HBoegli.

*B* = cod. Bern. A 94 saec. X/XI f. 13r—16u ab initio mutilus. incipit uerbis: *est enim in humanis sensibus tanta sanctitas, ut bona laudet naturaliter* (= sect. 7; p. 125 l. 16). explicit: *tum nero teneri fecit petrum et paulum in uinculis corpus uero simonis iussit diligenter tribus diebus et tribus noctibus custodiri* (= sect. 57; p. 167 l. 13). reliqua desunt. contulit codicem HBoegli.

*C* = cod. Parisin. nouae acquisit. lat. 2179 saec. X litteris gothicis occidentalibus in membranis formae grandis scriptus, anno 1878 ex abbatia Hispanica cui Silos nomen est, Parisios translatus. incipit f. 194r B: *passio sanctorum apostolorum petri et pauli qui passi sunt rome sub nerone cesare . . . in temporibus illis quum uenisset paulus in urbem romam* desinit f. 200 Au uerbis: *hic mundus steterit regnante dno nro ihu χρo cui est honor . . . amen.* collationem codicis Gottholdo Gundermann acceptam refero.

*D* = cod. Paris. lat. 5301 (Reg. 3594, 3) saec. X/XI f. 90r A incipit: *III. kl. iuli. passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.* expl. f. 99r B . . . *et posita in ecclesia sci petri uaticano naumachię. et sci pauli in uia ostensi miliario secundo ubi p̄stantur beneficia . . . amen.* contulit GGundermann.

*E* = cod. Mazarin. 1318 saec. X/XI f. 8u: *incipit passio apłorum petri et pauli qui passi sunt in urbem romā sub nerone caesare. quae est III kl iulias. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl. f. 26r: *ostensi ab urbe roma miliario scđo . . . amen.* specimina codicis mihi transmisit GGundermann.

*F* = cod. Laurent. Plut. XXX, 4 sin. saec. XI f. 332A *cum*

*uenisset paulus romam.* expl. f. 336[A] *in uia ostense miliario secundo ubi praestantur . . . amen.* collationem codicis Ioanni Neumann Argentoratensi acceptam refero.

*G* = cod. Guelferbyt. inter Wizanburgenses 48 saec. IX/X f. 21[u]—32[u] *passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl. *et posita sancti petri in uaticano naomatia et sancti pauli in uia ostensi ab urbe roma miliario secundo ubi praestantur . . . amen. explicit passio sanctorum apostolorum petri et pauli.* codicem ICThilo exscripsit et editioni quam instituit tamquam fundamentum substruxit. signauit Thilo codicem littera *A.* bybliothecae Guelferbytanae libri ne peregre mitterentur cum ab iis penes quos rerum Brunsuicensium gubernatio est interdictum esset, O. de Heinemann bybliothecae praefectus meritissimus Carolo Schüddekopf bybliothecae adiuncto codicem denuo in usum meum conferendum commisit.

*H* = cod. Guelferbyt. 497 (olim coenobii Bergensis prope Parthenopolim, postea Helmstadiensis n. 141) saec. XI f. 16[u]—26[u]. *incipit passio apłorū petri et pauli. cum uenisset paulus in urbem romam.* desinit uerbis: *miliario secundo ubi praestantur . . . amen.* Thilo et hunc codicem adhibuit et in editione sua littera *B* signauit, sed uariam lectionem passim tantum adnotauit. itaque noua codicis collatione cum me carere non posse intellexissem, per uirum doctissimum Carolum Schüddekopf Ottonis de Heinemann rogatu criticis quae desiderabam subsidiis instructus sum.

*I* = cod. Paris. lat. 12596 (Sangerman. olim 1109 nunc 1042; S. Mauri fossat. 88) saec. XI f. 144[u] *incipiunt passiones apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl. f. 155[r] *ego Marcellus discipulus dñi mei petri quae uidi scripsi.* specimina codicis procurauit GGundermann.

*K* = cod. Paris. lat. 12602 (Sangerman. 491, olim 473, ex libris mon. Corbeiensis) saec. XII f. 1[u] *incipit passio gloriosissimorum apostolorum petri et pauli que est III. kl iulii. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl. f. 6[r] *miliario secundo . . . amen.* specimina codicis dedit GGundermann.

*L* = cod. Londin. Arundel. 169 saec. XII f. 4[u]. *Altercatio*

*sanctorum apostolorum petri et pauli cum simone mago. cum uenisset paulus romam.* expl.: *ostiensi ab urbe roma miliario secundo . . . ubi prestantur . . . amen.* exemplar codicis mihi transmisit Edgarus Fripp.

*M* = cod. Monac. 4554 saec. VIII/IX fol. $3^r$—$12^r$. est idem codex unde fragmentum passionis Pauli breuioris de qua supra p. LV sermonem institui desumptum est. passio Petri et Pauli incipit uerbis: *cumque audisset de paulo in tempore illo cum uenisset paulus romam.* expl.: *miliario secundo. ibi praestantur beneficia rationum . . . explicit passio sanctorum apostolorum petri et pauli. amen.* codicem reliquis multo prolixiorem ego contuli.

*N* = cod. Montipessul. (schol. medic.) 55 saec. VIII/IX f. $27^r$ *passio sanctorum petri et pauli in u. roma sub nerone rege. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl.: *ibi praestantur beneficia oratione in sc͞a sc͞torum. amen.* exemplar codicis mecum communicauit MBonnet.

*O* = cod. Paris. nouae acquis. lat. 2180 saec. X, eiusdem originis, formae, scripturae atque cod. Paris. 2179, inc. f. $185^r$B: *altercatio sanctorum apostolorum petri et pauli contra symonem magum simul et passio qui passi sunt in urbe roma sub nerone imperatore die III. kl iulias. in diebus illis quum uenisset paulus in urbe roma.* expl. f. $193^u$A: *qui apostolos suos in pace suscepit cui est honor . . . amen.* magnam codicis partem contulit GGundermann.

*P* = cod. Paris. lat. 5274 (Colb. 2532 Reg. 3857. 3) saec. XII f. $7^u$ A. *passio beati petri apostoli. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl. f. $15^r$ A. specimina codicis sumsit GGundermann.

*Q* = cod. Paris. lat. 12606 (Sangerman. 499, olim 627) saec. XII f. $61^{rA}$. *incipit passio sanctorum apostolorum petri et pauli. tempore illo cum uenisset paulus romam.* expl. f. $63^{rA}$ (ut cod. Paris. 12602). specimina dedit GGundermann.

*R* = cod. Casinens. 142 saec. XI p. 6 *cum uenisset paulus romam.* desinit uerbis *consequuntur effectum. prestante domino . . . seculorum amen.* sub finem eadem quae in codice Wizanb. de basilicis Petri et Pauli et de sanctorum corporum depositione leguntur. codicis specimina mihi transmisit GGundermann.

*S* = cod. Vindobon. 1262 (ol. Salisb. 81) saec. XIV f. $138^r$

—$145^{r}$. *uita petri et pauli apostolorum. ⟨c⟩um uenisset paulus romam.* expl. *passi sunt apostoli domini nostri iesu christi sub die III. kal. iulias cui est . . . amen.* specimina exscripsit Sigfridus Mekler.

*T* = cod. Casin. 147 saec. XI p. 10. eiusdem originis et indolis est atque cod. *R*. specimina dedit GGundermann.

*U* = cod. Vrbin. 49 saec. XIV/XV f. $135^{A}$ *III kl iulii passio beatorum petri et pauli a marcello discipulo petri edita quique idem interfuit passioni. cum uenisset paulus romam* . . . expl. f. $140^{r}$ *miliario secundo ubi prestantur . . . amen. ego marcellus discipulus domini mei petri que uidi scripsi.* transscriptionem libri mihi donauit Ioannes Neumann.

*V* = cod. Vindobon. 3785 (Lunaelac. 77) saec. XV f. $143^{r}$ —$148^{r}$ *incipit passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus in urbem romam.* partem aliquam codicis contulit Sigfr. Mekler.

*X* = cod. Casin. 148 saec. XI p. 2. eiusdem stirpis est atque *R* et *T*. specimina misit GGundermann.

His codicibus magnus numerus aliorum librorum accedit, quos singulos singulis siglis designare non opus est. ac primum quidem recenseo codices Parisinos.

cod. Paris. lat. 3792 (Colb. 836 Reg. 3861. 2) saec. X/XI f. $176^{u}$—$177^{u}$ *cum uenisset paulus in hurbem romam.* desinit cod. uerbis *ut fieret subito puer et post haec senior* sect. 14 (p. 131 l. 17).

cod. Paris. lat. 3851 A (Reg. 4240, 2) saec. X f. $19^{r}$—$24^{u}$ *passio . . . cum uenisset paulus romam.* expl. *secundo ab urbe miliario in proprio eiusdem Lucinae praedio in uia ostiensi.*

cod. Paris. lat. 12604 saec. XII f. $78^{u}$—$85^{r}$ *conflictus apłorum petri et pauli cum symone. cum paulus uenisset in urbem romam.*

cod. Paris. lat. 9737 (suppl. lat. 1674) saec. XII f. $1^{r}$—$10^{r}$ *incipit passio gloriosissimorum etc.* (= cod. *K*).

cod. Paris. lat. 11753 saec. XII f. $8^{u}$—$15^{r}$ *incipit passio sanctorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.* subscribitur codici ut in *I*.

cod. Paris. lat. 15681 saec. XII f. $96^{r}$ *incipit historia passionis apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus in urbem romam.*

cod. Paris. lat. 2653 saec. XII f. 151ʳ *incipit passio sanctorum apostolorum petri et pauli quod est III kl iulias. cum uenisset paulus in urbem romam.* expl. f. 157ʳ *in uaticano naumachie et sancti pauli in uia ostensa . . . amen.* (cf. cod. Paris. 3851 *A*).

cod. Paris. lat. 12615 (Sangerman. 490 olim 471 'Corbeiensis mon.') saec. XII/XIII f. 1ʳ—10ʳ. ex cod. *K* exscriptus esse uidetur.

cod. Paris. lat. 5273 (olim D. D. de Bethune Reg. 3858. 2850) saec. XII/XIII fol. 1ᵘᴬ—8ʳᴬ incipit ut Paris. lat. 2653. sub finem habet: *ibi prestantur . . . amen. ego marcellus . . . scripsi.*

cod. Paris. lat. 13091 saec. XIII f. 38ʳ *cum uenisset paulus romam* f. 39ʳ *neronem . . . a lupis esse comestum . . . amen* (sect. 65 p. 175 l. 7).

cod. Paris. lat. 5276 saec. XIII f. 4ᵘ *incipit passio apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam* expl. f. 11ʳ *in uia hostiensi . . . amen.*

cod. Paris. 5280 saec. XIII f. 273ʳᴬ—279ʳᴬ *incipit passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.* explicit *in uaticano naumachie et s̄c̄i pauli in uia ostensi . . . amen.*

cod. Paris. 5296 saec. XIII f. 74ᵘᴮ *incipit passio beatorum petri et pauli apostolorum que est III kl iulii. cum uenisset paulus romam.* expl. f. 78ᵘᴬ (ut cod. 5280) *ostiensi . . . amen. explicit passio apostolorum petri et pauli.*

cod. S. Genouef. Paris. H. l. 3 saec. XII f. 1ʳ *in χ̄ρ̄i nomine incipiunt passiones apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus.* expl. f. 8ʳ *miliario scđo. ibi praestantur . . . amen.*

cod. S. Genouef. Paris. H. l. 10 saec. XIII f. 2ʳ *incipit passio beatorum apostolorum petri et pauli qui passi sunt in urbe roma sub nerone cesare quae est III kl iulias. cum uenisset paulus in urbem romam.* f. 26ʳ *ostensi ab urbe roma miliario scđo . . . amen.*

Codicum Paris. lat. 3792. 5273. 9737. 15681 specimina GGundermann mihi procurauit. reliquorum notitiam partim eidem uiro doctissimo partim Maximiliano Bonnet acceptam refero.

His codd. accedunt qui in bybliothecis prouincialibus Galliae asseruantur. hi sunt quorum notitiam accepi:

cod. Montipessul. 14 saec. XI f. 14ᵘ *passio sanctorum aposto-*

*lorum petri et pauli. cum uenisset paulus in urbē romam.* expl. f. 24ᵘ *miliario secundo . . . amen.*

cod. Augustodun. (bybl. seminar.) 34. 4. f. 289.

Saepe passio Petri et Pauli in bybliothecis Florentinis reperitur. enumero hos libros:

cod. Laurent. Plut. XX, 1 saec. XI f. 162ᵘ *III kal. iul. passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.*

cod. Laurent. Plut. XX, 2 saec. XI f. 112ʳ *in natal. apostolorum petri et pauli.*

cod. Laurent. Plut. XX, 3 saec. XII ineunt. f. 69ᵘ.

cod. Laurent. Plut. XX, 4 saec. XII f. 81ʳ. *cum peruenisset paulus romam.*

cod. bybl. aedil. Florent. eccl. 139 saec. XI f. 125ʳ *III kal. iul. passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum peruenisset.*

cod. bybl. Mugellan. de nemore 13 saec. XI f. 140ᵘ (incipit ut cod. antecedens).

cod. bybl. Mugellan. de nemore 14 saec. XI f. 105 *III kal. iul. incipit passio sanctorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.*

cod. bybl. Amiatin. 2 saec. XI f. 197 (226)ʳ *incipit passio sanctorum apostolorum petri et pauli III kl iul. cum uenisset paulus romam.* (cum subscriptione *ego Marcellus . . . scripsi.*)

cod. bybl. Leopold. Strozzian. 4 saec. XV f. 157 (190)ʳ *tercio kal. iulii de sanctis apostolis petro et paulo. cum uenisset paulus romam.*

cod. Laur. conu. suppr. 231 saec. XIII f. 180ʳ *passio ss. apostolorum petri et pauli. cum peruenisset paulus romam.*

Codicum Florentinorum cuiusque tres priores duasque extremas sectiones contulit FRoediger, uir de studiis meis meritissimus.

Romae praeter codicem Vrbinatem hi codices reperti sunt:

cod. Casanat. A I 16 saec. X/XI litteris Casinensium propriis scriptus f. 87ʳ *passio sanctorum apostolorum petri et pauli.* antecedit prologus *in uniuerso orbe terrarum . . . uelociter demonstrare. cum ergo uenisset paulus romam.* expl. f. 110ʳ *ad quorum sacra uestigia dum ex toto undique mundo fideles concurrunt . . . sec*ł*orum. amen.*

cod. Sessorian. 5 saec. XI/XII f. 159ʳ *III kl iulii passio*

*sanctorum apostolorum petri et pauli. cum peruenisset paulus romam* expl. f. 162$^u$ *loca in quibus fuerunt posita corpora eorum . . . in uia ostiensi miliario secundo . . . amen.*

cod. Sessorian. 49 saec. XIII f. 168$^u$ *cum ergo uenisset paulus romam.* expl. f. 174$^u$ *ad quorum sacra uestigia dum de toto undique mundo fideles concurrunt petitionum suarum eorum meritis consequuntur effectum. Praestante . . . amen.*

cod. Vatican. lat. 5771 saec. X. ante f. 1 reperitur folium saec. XIV scriptum, ubi post lacunam haec leguntur: *<in>circumcisorum defensor factus tu cum sis circumcisus* (sect. 1 p. 119 l. 5 sq.) . . . *scultilibus inqui.* f. 1$^r$ manu saec. X: *nati execrabiles extitistis* (sect. 5 p. 123 l. 12 sq.) quae sequuntur antiqua manu scripta sunt usque ad f. 4$^u$ imum: *ego sum ueritas quē defendis. cessa me persequi quia ego sum ipsa.* f. 5$^r$ manu saec. XIV: *pro qua uideris dimicare* . . . (sect. 39 p. 155 l. 1). — f. 6$^r$ manu saec. XI: *<in>nocens uidetur. petrus autem homicidii reus est . . .* (sect. 58 p. 169 l. 11 sq.) . . . *et haec dicens emisit spiritum. statim apparuerunt* . . . (sect. 62—63 p. 173 l. 8 sq.). expl. fol. 6$^u$ *quousque fabricarentur loca in quibus posita fuerunt corpora eorum . . . reuocata sunt cum gloria ymnorum . . . amen. explicit passio sanctorum apostolorum petri et pauli.*

cod. Vatic. 4315 saec. XIV (anno 1311 Pisae scriptus). fol. 172$^r$—187$^r$ leguntur excerpta ex libro qui dicitur *itinerarium Clementis de dictis et factis a beato petro apostolo.* ibi f. 185$^r$ *martirium petri et pauli.* est fragmentum actorum Petri et Pauli. explicit f. 185 uerbis *comprehenderunt eos in loco qui dicitur catacumba uia appia miliario tertio . . . in uia hostiensi ab urbe roma miliario IV ubi praestantur beneficia . . . amen. finis capituli illius. explicit Clementis itinerarium praedicationis petri.*

In aliis Italiae bybliothecis passio Petri et Pauli rarius reperitur. libris supra memoratis addendi sunt hi:

cod. Neapol. VIII. B. 2 saec. XI/XII. singulae paginae numeris non signatae sunt. passionem Ioannis quae Melitonis nomine fertur sequitur passio Petri et Pauli: *III kl iulii incipit sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam . . .* explicit . . . *et sancti pauli in uia ostensi miliario scdo. ubi praestantur beneficia . . . amen.*

*ego marcellus discipulus domini mei petrus apostoli que uidi scripsi.*

cod. Taurin. 215 (K. IV. 18) saec. XIV f. 1 *passio apostolorum petri et pauli. ergo cum uenisset paulus romam.*

cod. Taurin. 561 (K. VI. 19) I, 1117 saec. XIV f. 305 *passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.*

cod. Venet. bybl. Marcian. 116 saec. XII (Zan. lat. n. CCCLVI) f. 322[uB] *cum ergo uenisset paulus romam.* specimina codicis Hermannus frater mihi exhibuit.

cod. Venet. bybl. Marcian. 118 saec. XIV (L. IX, XXVII) f. 247 *cum ergo uenisset paulus romam.* specimina dedit Hermannus frater.

cod. Casin. 104 saec. XII (Bybl. Casin. II, 437 sqq.) habet in folio quod ipsi libro manuscripto antepositum est tria actorum fragmenta quibus commentarius inseritur.

cod. Casin. kk. 792 saec. XI f. 1—3[r] extremam passionis partem continet. incipit uerbis *me uenire. nero dixit* (sect. 50 p. 163 l. 7) expl. f. 3[r] . . . *saeculorum. amen.*

Codicibus qui in Germaniae, Heluetiae, Angliae bybliothecis asseruantur, adnumerandi sunt hi:

cod. Monac. lat. 22020 (Wess. 20) saec. XII f. 8.

cod. Monac. lat. 19642 (Tegerns. 1642) saec. XV f. 25[r]—45[r]. uterque codex Monacensis eiusdem stirpis est atque cod. 4554.

cod. Monac. lat. 14418 (Emm. 41) saec. IX f. 27[r]. incipit: *tempore illo cum petrus et paulus semina uitae aeternae euangelium praedicando seminarent in urbe roma, seniores ciuitatis hoc audientes grauiter resistebant, egeruntque ut sermo eorum in murmurationem populi perueniret.* expl.: *sanctorum autem apostolorum corpora dum greci tollerent ut ultra mare transferrent, accidit terrae motus nimius, et percipientes uersutiam eorum romani concurrerunt et adprehenderunt eos et sancta ab eis corpora abstulerunt, et sepelierunt in loco qui dicitur catacumbas. ubi prestantur multa mirabilia per beneficium Christi et per orationem eorum in saecula saeculorum. amen.* codicem exscripsit uir doctissimus Weyman Monacensis. ad textum actorum constituendum hic liber nihil ualet; est enim epitome breuissima, quae summa tantum rerum capita licet iisdem interdum atque textus uulgatus uerbis comprehendit.

cod. Bern. 94 saec. XIII/XIV f. 110ᵘ—117ʳ *passio petri et pauli apostolorum. cum uenisset beatus apostolus paulus in urbem romam.* expl. *et sancti pauli in uia ostiensi ab urbe roma miliario secundo ubi praestantur beneficia orationum eius usque in hodiernum diem ac per infinita scła scłorum. amen.* specimina codicis mihi transmisit Hermannus Hagen.

cod. Londin. Harleian. 2801 saec. XIII/XIV f. 18ʳ *passio summorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus romam.*

cod. Londin. Harleian. 3043 saec. XV f. 186ʳ *passio sanctorum apostolorum petri et pauli. cum uenisset paulus in urbem romam.*

Denique recenseo codices bybliothecarum Batauiae et Belgicae, quorum notitiam accepi tum ex Analectis Bollandianis tum ex catalogo codd. hagiogr. bybl. Bruxellensis.

cod. Bruxell. 98—100 saec. XII f. 25ʳ—28ʳ.

cod. Bruxell. 380—82 saec. XV f. 74ʳ—80ʳ.

cod. Bruxell. 5519—26 saec. XV f. 48ᵘ—53ᵘ *conflictus apostolorum petri et pauli cum symone mago.*

cod. Bruxell. 7482 saec. XIII f. 220ʳ—225 *altercatio sanctorum apostolorum petri et pauli cum symone mago.*

cod. Bruxell. 7882 saec. XI f. 114ʳ—122ʳ.

cod. Bruxell. 8511—12 saec. XII f. 1—10ᵘ.

cod. Bruxell. 9290 saec. XII f. 9ʳ—13ᵘ (superscribitur ut codici 5519—26).

cod. Bruxell. 11550—55 saec. XIII ineunt. f. 89ʳ—94ʳ.

cod. Bruxell. olim D. Phillipps 4649 saec. XIII fol. 59ʳ—64ʳ.

cod. Leodiens. 57 saec. XV f. 19ʳ—23ʳ.

cod. Hagan. L. 29 (Weesp 14) saec. XV f. 34ʳ—37ʳ.

Libris manuscriptis addendi sunt libri impressi. litera *n* signaui Nauseae textum, ex codice nunc deperdito sed optimae notae desumptum, siglo *f* textum Florentinii, qui prope accedit ad codicem *F*.

In apparatu critico instituendo ita uersatus sum, ut librorum manuscriptorum quos integros conferendos curaui uarias lectiones integras apponerem, reliquorum delectum tantum haberem.

Codicum duae stirpes sunt, quarum utraque pluribus familiis propagatur: altera est codicum *BDFHMf*, altera codd. *AEGIK LNPQRSTUVXn*; medium fere locum inter utramque tenent *CO*. cod. *H* artissime cum codicibus prioris stirpis cognatus,

sed ex alterius stirpis exemplari interdum correctus est. codd. *BDFHMf* interpolati sunt; *BD* fere semper inter se consentiunt; quibus saepe accedit *M*, rarius *FH*(*f*). codicum cognationem facile perspicies, si conferas sectionem 48 (69), ubi *BDFHMf* textum originalem additamentis quibusdam dogmaticis auxerunt. ibi in graeco Veneto leguntur haec: *ἕνα θεὸν τὸν πατέρα ἐν Χριστῷ σωτῆρι σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δημιουργὸν τῶν ἁπάντων κηρύσσομεν* (simpliciora habet textus uulgatus: *ἕνα θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κηρύσσομεν*). Veneto respondent *ACGLNUn*: *ego* (om. *ANUn*) *unum esse deum patrem* (*patrem esse A*) *in Christo saluatore* (*et Iesum Christum filium eius G*) *cum spiritu sancto creatorem omnium rerum praedico.* pro his Petri oratio in *FHMf* sic orditur: *ego natione iudaeus* (*iudaeus homo* om. *ego nat. M*) *sum et quae* (*quaecumque M*) *a magistro meo audiui* (*audiui a mag. meo M*) *haec omnia* (*hominibus M*) *praedico ut credatis* (*credant M*) *unum esse deum patrem* etc. post *patrem* addunt *BDH*: *quem cunctis praedicamus.* iam pergunt *BDFHMf*: *inuisibilem et* (om *FM*) *incapabilem* (*incapibilem D inpalpibilem H incomprehensibilem Bf* om *F*) *et* (om *M*) *inmensum et* (*in* add. *H*) *unum dominum nostrum Iesum Christum saluatorem* (*mundi cum spiritu sancto* add. *H saluatorem omnium et spiritum sanctum M*) *et creatorem omnium rerum* (*rerum omnibus B*) *adnuntiamus generi humano* (*et creatorem . . . humano* om *M*), *qui fecit caelum etc.* quae sequuntur usque ad *non erit finis* in omnibus codd. praeter *M* qui haec omittit leguntur. paulo post uerbis *numquam tibi bene sit . . . amaritudinibus plene* praemittunt *FHf adueniat nobis quod cupimus et contingat ut* (*ut* om *H*) . . . et addunt *quoniam quaecunque loqueris mentiris.* pro extremis uerbis leguntur in *M* haec: *nam nobis iam contigit quod cupiuimus et quod sperabamus percipimus.* conferas porro sect. 22 (43) ubi graecus Venetus haec habet: *ἐν δὲ Χριστῷ πᾶσα ἡ ἄκρα νίκη διὰ τοῦ θεοῦ καὶ διὰ τοῦ ἀνθρώπου οὗ ἀνέλαβεν ἡ δόξα ἐκείνη ἀκατάληπτος.* quae in codd. *AG HLNUn* recte uertuntur sic: *in Christo enim est omnis summa uictoria per deum et hominem, quem adsumsit illa maiestas inconprehensibilis.* aliter *BCDFMf*: *in Christo enim sunt duae substantiae* (*subst. duae Ff duae naturae B duae* om *D*) *dei et hominis. hominis itaque* (*hom. it.* om *C*) *quem adsumpsit illa maiestas.* sect. 13 (34): *καὶ οὕτως γέγονεν ὥστε πάντας τοὺς εὐσεβεῖς* (*εὐλαβεῖς* text. uulg.) *ἄνδρας βδελύττεσθαι Σίμωνα τὸν μάγον καὶ ἀνόσιον αὐτὸν καταγγέλλειν· οἱ δὲ τῷ Σίμωνι κολληθέντες*

*τὸν Πέτρον διϊσχυρίζοντο μάγον ψευδομαρτυροῦντες ὅσοι σὺν τῷ Σίμωνι τῷ μάγῳ ὑπῆρχον* (*ἔλεγον εἶναι μάγον ὅπερ αὐτοὶ σὺν τῷ Σίμωνι ὑπῆρχον* text. uulg.). quibus uerbis respondent in latinis haec: *sic* (*sicque*) *factum est ut omnes religiosi uiri execrantes Simonem magum sceleratum eum adsererent.* iam sequuntur in codd. *AEILN*(man[1]) *QUn*: *Simoni uero adhaerentes Petrum magum quod ipsi erant cum Simone falso testimonio affirmarent* (*affirmabant Q*). item *GH* sed omissis *quod ipsi erant cum Simone* et *assererent* pro *affirmarent.* pro his legitur in codd. *BCDFMOf*: *Petrum uero* (om *M*) *in dei laudibus* (*laud. dei F laud. domini f*) *praedicarent. e* (*et FM* om *f*) *contra* (*uero O*) *omnes scelerati et* (om *f*) *illusores* (*lusores F*) *et seductores et pessimi adherebant* (*adhaererent BDFf adherentes C*) *Simoni* (*mago quia B*) (*et O*) *petrum uero* (om *CFOf*) *magum* (*adserentes Ff*) *quod ipsi erant cum Simone* (*Simonem Of mago* add *B*) *dicerent* (*fatebantur M deum esse* add *Ff*). — sect. 47 (68): uerbis codicis Marciani *ἀλλ' εἰ καὶ ἐγὼ οὐδέν σοι δύναμαι ποιῆσαι* praemittunt *BCDHM*: *Simon dixit* (*respondit C*) *propter quid* (*quod CHM*) *tibi mentior ne* (*nec D*) *aliquid mihi facere poteris* (*potueris BH*) *Nero dixit.* haec a graecis repudiata desunt etiam in *AFG LNUfn.*


Habes igitur textus interpolati tres familias *BD*; *M*; *Ff*; quibus haud raro accedunt *CO*, saepius codex castigatus uel potius contaminatus *H.* codd. *BD* eiusdem aetatis et prosapiae sunt. multo uetustior est cod. *M*, sed caueas ne textum quem praebet reliquis praeferas; est enim a librario satis docto non solum retractatus, sed etiam pluribus additamentis amplificatus. quaecumque apud Pseudohegesippum de Petri conflictu cum Simone deque apostoli morte leguntur, Marcelli textui immixta sunt. animaduertas etiam quod praefectus urbi, cui apud reliquos omnes testes nomen Agrippae est, in hoc codice ut in breuiore passione Petri et Pauli, de qua infra sermo instituetur, Clemens appellatur. cod. *F* cum libro unde Florentinius textum suum hausit artissime cognatus fuit. interdum *F* per homoeoteleuton omittit quod *f* supplet uel uice uersa; rarius uterque neglexit quo carere nequeas, ut sect. 42 (63) *paulus dixit . . . sanus*; sect. 50 (71) *uenient . . . peccatores ad me.* interdum etiam fit ut uterque textum additamentis augeat quae in codd. *BCM* desunt. praeter locum sect. 48 supra tractatum etiam in sect. 50 multa adduntur. post *iube turrim excelsam . . . trabibus magnis* legimus in *Ff et poni in campo martio*; post *ascendero*

iidem testes habent *imperabo angelis meis ut descendant ad me de caelo et tollant me in caelum ad patrem.* quibus uerbis *f* adicit *meum ut scias me de caelis esse missum.* ex reliquis codicibus Florentinis sex eiusdem familiae sunt: scilicet codd. Laur. Plut. XX, 1, qui horum praestantissimus est; XX, 2; XX, 4; Aedil. Flor. eccl. 139; Mugell. de Nemore 13; Laur. conu. suppr. 231, quibus addendus uidetur cod. Strozzian. 4; reliqui omnino non ad hanc codicum stirpem pertinent, sed propius accedunt ad codd. *AGLNn.* codex manuscriptus quo Florentinius usus est inter codices Florentinos quorum notitiam habeo, non reperitur. — codices *C* et *O*, quos quasi medium inter utramque stirpem locum tenere dixi, interpolationes quibus codd. *BDFM* scatent partim et ipsi passi sunt; sed haud raro cum *A* uel *L* uel *n* faciunt. uterque codex eiusdem patriae, aetatis condicionisque est; ubi quod rarissime fit dissentiunt, codicis *C* scriptura pluris aestimanda est.

Altera codicum stirps prolem propagando procudit multiplicem. distinguo familias quinque, quae codicibus *G*; *N*; *L*; *A*, textu denique Nauseae repraesentantur. cod. *A* propius ab archetypo abest quam reliqui; saepe quidem errauit, multa omisit alia addidit. uarias praebet lectiones quibus nullus reliquorum adstipulatur: non igitur incaute ducem eum secuti sumus. sed si cum aliis codicibus eiusdem uel alterius stirpis consentit, scriptura eius fere semper praeferenda est. codd. *G* et *N* antiquiores quidem sed uix meliores sunt. cod. *G* textum bonae quidem notae, sed a uetere διασκευαστῇ ut uidetur haud raro retractatum perhibet. multis quidem locis non solum a reliquis codicibus latinis, sed etiam a textu graeco discedit. cum *G* plerumque consentit *E*, sed minoris pretii est. cod. *N* propius ad *G* quam ad *A* accedit, sed a plerisque quibus isti contaminati sunt corruptelis intactus est. eiusdem familiae sunt codd. *KP*, quorum specimina addidisse satis habui. cod. *L* interdum corruptus, saepius genuinum textum seruauit; medium fere locum tenet inter *GN* et *A*. Nauseae textus (*n*) saepe cum *G* uel cum *GN*, saepe cum reliquis contra utrumque facit; interdum correctoris alicuius manibus, qui fortasse etiam graecorum uerborum notitiam habuit, contrectatus est. cod. *U* quamquam recentior tamen bonae notae, codicibus *AL*, interdum codici *F* cognatus est. denique codd. *IQRTX* eiusdem atque *LN* prosapiae modo cum hoc modo cum illo faciunt; ad textum constituendum facile iis carere possis. similia de *SV* dicenda

sunt, quos parui uel nullius pretii esse existimo. ingentem uariarum lectionum molem ita digessi, ut optimorum codicum *ABCDFGHLMNU* nec non librorum impressorum *fu* scriptionem fere integram appingerem, earum uero lectionum quas codd. *EIKOPQRSTVX* praeberent delectum instituere satis haberem. reliquorum quibus sigla apponere omisi hic uel illic testimonia adicienda curaui.

Codicum inter se cognationem haec tabula illustrabit.




Scriptura codicum cum in rebus orthographicis tum in rebus grammaticis fluctuat. assimilatio consonarum partim seruatur, partim neglegitur: codd. *BD* modo huic modo illi scripturae fauent; *ACFMN* scripturam non assimilatam, *GHLU* scripturam assimilatam praeferunt. omnes uero codices habent *ascendere, apparere, aspicere, accusare, imperator*. retinui scriptionem antiquissimorum codicum *ACMN* licet parum constantem. itaque scripsi *adtendere*, *adserere*, *adfirmare*, *adsumere*, *adferre*, *adcrescere*, *adloqui*, *adpropinquare*; *conparere*, *conputare*; *inconprehensibilis*, *inludere*, *inreligiosus*, *inlustris*, *inruere*, *inluminare*, *inridere*, *inpedire*, *inponere*, *inperitus*; sed *impetrare*, *imperare*, *implere*, *complere*, *compati*, *comprehendere*, *colligere*, etc. similiter legimus *unquam* et *umquam*, *quicunque* et *quicumque*, *nanque* et *namque*. permutatio uocalium *e* et *ae* in omnibus fere codicibus saepissime fit: scribitur *haec* et *hec*, *caelum* et *celum*, *pena*, *seculum*, *due*, *sepe*, *longeuitas*, *substantie*, *penitet*, *preditus*, *estimare*, *adherere*, etc., uice uersa *haereditari* (*BCG* etc.), *aecclesia* (*B*) uel *ecclaesia* (*N*) *aegestas* (*A*). rarius *e* et *i*, *e* et *oe*, *i* et *y*, *i* et *u*, *o* et *u* permutantur. sed reperitur *aduliscens* (*M*), *dimergere* (plerumque), *disperatum* (*BCN*), *distinauit* (= *destinauit*, *N*), *suscipi*, *accipi* (pro *suscepi*, *accepi*, *N*); *demicare* pro *dimicare* (*N*), *demittere* pro *dimittere* (*M*) etc., *ueruicis* uel

*berbicis, ueruicinum* (*berbicinum*) cf. Schuchardt l. s. I, 284. 371, *nicromantia*, *paraclitus* (Schuchardt I, 227), *delerare* (*CDMN* cf. Schuchardt II, 75); *cepi* (*U*) siue *caepi* (*FL*) pro *coepi*; *illiricum, misterium, sinagoge, himni*; *obstipuit* (*CN*); *diabulus* (*M*); *adulescens* (*ACM*); *praesolem* (*M*), alia. codex *N* sescenties scribit *u* pro *o*, rarius *o* pro *u*: *sacerdus*, *adhulescentior*, *uicturiae*; *regnu*, *daemoniu* pro *regno*, *daemonio*; porro *leprosus*, *mortuus*, *caecus*, *inreligiosus*, *inimicus*, *circumcisus*, *incautus*, *contentus*, *angelus*, *patronus*, *magnus*, *amicus* pro accusatiuis pluralis in *-os* desinentibus *leprosos*, *mortuos* etc.; interdum sed non ubique manus 2 correxit *u* in *o*. idem codex uice uersa habet *corpos*, *murmorationem*, *comulatus*, alia. uocalem duplicatam habes in *hii*, quod in codd. *CMNU* saepissime pro *hi* (non pro *ii*) usurpatur. permutatio consonarum *c* et *t* haud raro occurrit. cod. *M* scribit *nunciare* et *nuntiare*; cod. *N* *mendatium* (sic etiam *ABF*), *fallatium*, *aspitiens* (sic etiam *U*), *fatio* (*U*), *conditio* (omnes codd praeter *M*); uice uersa legimus *tercius* (*L*), *contencio* (*U*), *diuiciae* (*A*), *perdicio* (*A*), *pericia* (*AN*), *campus marcius* (*LN*). *d* et *t* permutantur in *istut* (*DM*), *aliut* (*CDM*), *aput* (*MN*); *capud* (*A*), *ad* pro *at* (*M*), *adque* (*N*), *inquid* (*M*), *peruenissed* (*N* sect. 65); *t* et *th*: *sabbathum* et *sabbatum*, *therebintus*; *b* et *p*: *scribsi* (*C*), *scribserunt* (*CM*), *abbices* = *apices* (*C*), *obtime* (*ABCD*), *babtismus* (*CO*); *b* et *u*: *trauibus* (*FNU*); *berbicis, berbicinum, libia* = *Liuia*, *baticanum* (*CM*), alia. saepissime *b* et *u* in codd. *CO* permutantur: *moberunt*, *conlocaberunt*, *fleberunt*, *cogitaberim*, *manifestabero*, *perpetraberit*, *euacuabit* (pro *-uit*), *inanibit*, *nobam* etc. *c* et *qu* permutantur in *quur* (*F*), *quum* (*C*), *persequutor* (*C*); *i* et *g* in *magestas* (*C*); *c* et *g* in *nigromantia*; *ch* et *g* in *naumagia* (*C*); *c* et *ch* in *michi*, *nichil* (*BCOLU*), *bacari* (*D*) uel *baccari* (*CM*) pro *bacchari*, *archanus*. aspiratio in codd. *CO* modo abundat modo neglegitur. scribunt *hostendere*, *huxor*, sed *compreendere*, *adibere*, *proibere*, *abere*, *aduc*, *exalare*; interdum sed rarius similia etiam in codd. *ADMN* reperiuntur; *odiernus* (*DN*), *proibere* (*D*), *adhulescentior* (*N*), *herror* (*A*), *hereas* = *aereas* (*M*). *p* post *m* additur in *dampnare*, *dampnum*, *temptatio*, *contempno*, *columpna* (*C*). consonae duplicatae semel ponuntur in *sabatum*, *decolatus*, *suplicium* (*N*), *comendo*, *consumari* (*D*); consona simplex duplicatur in *peccunia* (*D*); rarius consonae transponuntur ut *scluptile*, *scluptilia* (*CO*), uel ab initio uoculae omittuntur ut *seudopropheta* (*C*; cf. Schuchardt I, 148).

Grammaticae regulae rarissime in iis libris qui ad nos peruenerunt uiolantur. interdum ablatiuus pro accusatiuo adhibitus esse uidetur; sed non tam usus casuum quam ultimae syllabae scriptura fluctuat; uirgula enim qua littera *m* significatur, haud raro in codd. deest. sic reperimus *per ignorantia* (*L*), *ante conspectu* (*F*), *ad oriente* (*C*), *circumcisione* (*L*), *in murmuratione* (*MO*), *seditiosa murmuratione* (*ABDGHIM*). commemoro porro infinitiuum *punisse* sect. 19 (p. 137, 2). *cum* coniunctio semel cum indicatiuo construitur (*cum poteritis* sect. 2 p. 119 l. 11 sq., ubi *CEILMNPn potueritis* correxerunt). inter graecismos, quorum magnus numerus occurrit, etiam loquendi formula inde a saeculo IV ualde usitata *habet . . . apparere* 163, 13 referenda est. alia quae notatu digna uidentur ut uoculam *expectaculum* sect. 51 p. 163, 11 (*CF*), de qua conferas Schuchardti librum saepe laudatum p. 341, in indice latino inuenies.

Graecus passionis textus etiam in linguam slauicam translatus est. Sokolovio teste in bybliothecis Moscouiensibus plures huius uersionis codices inueniuntur. sunt autem hi: cod. bybl. monasterii S. Trinitatis 746 f. 317; 764 f. 254; cod. musei quod comitis Rumjan'zew est, ex collectione Vndol'skiana 1299 f. 304—329; cod. bybl. Chludovianae 251 f. 434; cod. academiae clericorum Moscou. 219 f. 48; cod. bybl. seminarii cleric. Bethanici 8 [94] f. 272; cod. acad. cleric. Kasanensis 151 f. 271; cod. bybl. synodalis Moscou. 995 f. 435[b] (in Menaeis Macarii, a. 1552 p. Chr. editis); quibus codicibus addas codicem bybl. synod. Mosc. 806 [non 816], qui Menaea Ioannis Milijutin annis 1646—1654 composita continet. quae in hoc codice legitur passionum Petri et Pauli narratio cum textu graeco codicis Vaticani 1190 in eo conuenit, quod de utriusque apostoli fatis utrobique seorsim tractatur. primum f. 1186[a]—1196 de Petro sermo est: post multa magnaque itinera Romam uenit, ibique cum Iudaeis disputat, deinde cum Simone Mago decertat. quae in textu uulgato inde a sectione 29 leguntur omissis iis quae ad Paulum pertinent omnia recepta, sed saepius in breuiorem formam redacta sunt. sequitur f. 1198—1209 passio Pauli, cui praemittitur itinerarium (sect. 1—21), ita tamen ut rerum ordo interdum mutetur et omnia quae de Petro sunt omittantur. sub finem itinerarii reperiuntur quae sect. 14 et 15 narrantur; quibus statim adiunguntur sectiones 22—24; Paulus ad sepulcrum Petri uenit, coapostoli morte contristatus lacrimas fundit, deinde apud Clementem nauclerum hospitatur. altera die apostolus

cum Iudaeis disputat. hic habes quae sect. 26, 28, 29, 31 leguntur, sed in artiorem formam contracta, omnibusque quae ad Petrum pertinent praetermissis. finem facit breuissima mortis Pauli narratio. conferas de hoc codice quae in supplemento libri mei saepe memoritati p. 51 sq. exposui. denique mentionem facio codicis bybl. Chludovianae (monasterii Edinoverzorum) 105 f. 57, qui epitomen passionis continet. incipit uerbis (a Sokolovio graece redditis): *ἐγένετο τῷ Πέτρῳ ἐλθεῖν εἰς Ῥώμην καὶ ἐκεῖ διδάσκοντος* (sic), *ὁ Παῦλος ἐξῖλθε ἀπὸ Γαυδομελέτης τῆς νήσου καὶ ἐβούλετο ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν. καὶ ἀκουστὸν ἐγένετο τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς οὖσι πρεσβυτέροις ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει.*

Denique commemorandum est, latinum Pseudomarcelli textum etiam in sermonem italicum translatum esse. ICThilo loquitur de codice chartaceo bybliothecae Riccardianae qui integrum Nouum Testamentum italice conuersum continet. ibi Actibus Apostolicis Lucae in XXXII capita distributis tamquam supplementum addita est passio Petri et Pauli sub hoc titulo: *Incomincia Il Martirio degli Apostoli Santo Piero e Santo Paolo.* item in codice membranaceo eiusdem bybliothecae et in altero chartaceo saec. XIV, in quo huic martyrio subscriptum legitur: *Io Marcello discepolo dell' Apostolo S. Piero, queste cose vidi, e ho scritte* (Thilo l. s. I, 28). eadem ut uidetur translatio reperitur etiam in libro 'Leggende del secolo XIV. Firenze 1863' II p. 34—160, de qua re FRoediger me certiorem fecit.

A passione Petri et Pauli quae Marcelli nomine fertur probe distinguatur oportet altera earundem rerum narratio, quae non ut ista ex graecis in latina translata, sed a latino homine ex latinis libris compilata est. de hac actorum retractatione disputaui in libro meo „die apokryphen Apostelgeschichten" II, 1, p. 366—380 et in supplemento eiusdem libri p. 54 sq. cum passionis prolixioris codice Monacensi 4554 non solum in eo consentit, quod praefectus urbi, qui de apostolis condemnandis sententiam tulisse dicitur, non Agrippa sed Clemens appellatur, sed etiam hoc utrique narrationi commune est, quod Pseudohegesippi de Petri cum Simone conflictu historia paene ad uerba actorum textui inseritur. ipsi autem Petri et Pauli actus plerumque breuiore, interdum latiore uarioque tractatu exponuntur. adduntur multa de Simonis in conspectu Neronis perpetratis praestigiis deque pessimi hominis fraudibus per uirum quendam Pontii Pilati propinquum detectis, quarum rerum neque in actibus Vercellensibus neque in alia gnosticarum

fabularum compilatione ulla mentio fit. unde haec deprompta sint nescio. quae ex ipso Pseudomarcello excerpta sunt raro iisdem uerbis, plerumque paulo liberiore modo sed eodem ordine referuntur, praeter unam illam de simulata Simonis interfectione et resurrectione narrationem, quae tum aptiore loco tum copiosioribus uerbis profertur. quae de doctrina apostolorum deque eorum disputationibus cum Simone institutis apud Pseudomarcellum traduntur ab hoc compilatore prorsus omissa sunt, quippe qui magis delectaretur fabulis miraculisque consarcinatis quam rebus theologicis gnare expositis. tempus quo librum suum non dico composuit sed consuit non satis accurate definiri potest. uidetur autem multo post Pseudomarcellum, saeculo sexto exeunte siue ineunte saeculo septimo scripsisse.

codices manuscriptos duos cognoui, alterum bybliothecae Londinensis Additionalem 11880 saec. IX f. 9ʳ—16ᵘ, alterum bybl. Aedil. Florentinae eccles. 132 saec. XI f. 5ᵘ—7ʳ. istum quem litera *L* significaui, GGundermann, hunc cui siglum *F* addidi, FRoediger exscripsit. codex Londinensis cum uetustior tum melioris notae est. uendidit illum a. d. III non. iulias anni 1841 Museo Britannico uir plurimum reuerendus Thomas Butler; sed de libri origine nihil comperi nisi hoc non in Anglia exaratum eum esse. scriptura codicis si res orthographicas ut uocalium uel consonarum permutationem (*precedere*, *cepit*, *preter*, *delerare*, *fenice* [cf. Schuchardt II, 292. III, 262], *putridine*, *patres conscribti*), uel etiam consonarum assimilationem neglectam (*inridet*, *inmortalitas*, *conparuit*, *adsiduus*) omittas, rarissime ab usitata discedit, sed uerborum ordo saepe mirum in modum mutatus est. plura de codice Florentino dicenda sunt. superscribitur codici *natale apostolorum petri et pauli.* sequitur prologus, cuius initium est *Simon qui interpretatur obediens etc.* finitur *eodem die quo petrus capite truncatus ibique sepultus est.* prologum excipit passio: *quum introissent romam beatissimi apostoli petrus et paulus.* post passionem habes f. 7ᵘ *sermonem in natale S. Pauli: Beatus paullus qui tantam uim humanae alacritatis ostendit etc.* codex tam male habitus est, ut uix diiudicari possit, num librarius uerborum enuntiatorumue integritatem, an regulas grammaticae uiolauerit. saepe singula uerba uel particulas uocabulorum, interdum tota enuntiata omisit; reliqua tam leuiter consuit, ut quid sibi uelit uix diuines. quae cum ita sint codex ne ad linguam quidem

rusticam qua scriptus est cognoscendam multum ualet. fortasse multa eorum quae rudem incultumque scribam sapiunt, iam in archetypo quem iste exscripsit exstiterunt. sed nihil id generis recipiendum duxi, praesertim cum codex Londinensis, qui duobus saeculis uetustior est, multo puriore sermone utatur; sed in apparatu critico omnia quae librarius peccauit religiosissime adnotaui. ut autem de codicis origine facilius iudicare possis, conspectum eorum quae a grammaticae regulis abhorrent hoc loco addere placet. initium facio dicendi de rebus orthographicis. taceo de permutatione literarum *e* et *ae*, quae etiam in codice Londinensi sed multo rarius reperitur. scribitur in *F* non solum *queris*, *estimet*, *iudea*, *querere*, *preualere*, *preceptum*, *tante*, *potentie*, *pre*, *proposite*, *presidatus*, sed etiam *uocae* pro *uoce*. addas *e* et *i*, *a* et *e*, *y* et *i*, *u* et *i*, *au* et *o*, *e* et *u* uocalium permutationem: *arietes* pro *arietis* 225, 5, *conamine* pro *conamini* 231, 14, *exanima* pro *exanime* 229, 21, *uobus* pro *uobis* 224, 17, *aufert* pro *offert* 229, 5; *ut* pro *et* 232, 7, *et* pro *ut* 224, 7. 226, 19. aspiratio modo abundat modo neglegitur: *adholescens*, *adhulescens*, *adhorans*, *adherant*, *haëre*, *hora* pro *ora*; *os* pro *hos*, *ora* pro *hora*. scribitur porro *capud* (sic semper), *ammonebant*, *condempnatus*, *perdictionem* (scil. *perditionem*). sed hae minutiae sunt. sescenties autem librarius artem grammaticam cauillatur, casus, numeros, genera, personas modo fere incredibili permutando. scribit nominatiuum pro accusatiuo: *qui* pro *quem* 223, 13; 17, *sanguis meum* pro *sanguinem meum* 224, 17, *magni homines* pro *magnum hominem* 225, 23, *ad imperator* 226, 17, *alia statua* pro *aliam statuam* 227, 5 sq., *una . . . alia* pro *unam . . . aliam* 227, 6, *doctrina* pro *doctrinas* 227, 24, *nero imperator* pro *Neronem imperatorem* 231, 17, *qui* pro *quid* 231, 18, *astutia* pro *astutiam* 231, 24, *aduersus petrus et paulus* 233, 12; nominatiuum pro ablatiuo: *genibus positi* (pro *positis*) 230, 23, *christiani* pro *-is* 232, 16; genetiuum pro nominatiuo: *neronis* pro *Nero* 225, 21; genetiuum pro datiuo: *crucis* pro *cruci* 224, 9, *conditionis* pro *conditioni* 229, 9, *matris* pro *matri* 230, 3, *omnium* pro *omnibus* 232, 25; datiuum pro nominatiuo: *symoni* pro *Simon* 225, 25; datiuum pro ablatiuo: *omni plebi* pro *omni plebe* 232, 25; accusatiuum pro nominatiuo: *symonem* 223, 8, *sententiam* 229, 9, *aritiam* 232, 8; accusatiuum pro ablatiuo: *loco . . . mundissimum* 224, 16, *anulum meum* pro *anulo meo* 224, 21, (*cum senatos* 225, 8), *silentium* 228, 4, *in urbem* pro *in urbe* 230, 10, *in montem capitulinum* 230, 13;

*quid* pro *quo* 231, 3, *metum* 232, 17; *quod* pro *quo* 232, 14; ablatiuum pro nominatiuo: *beatissimis apostolis* 223, 2, *quo* pro *quod* 225, 5; ablatiuum pro datiuo: *morte* pro *morti* 225, 24; ablatiuum pro accusatiuo: *pontio pilato* 223, 5, *fugace* 223, 18, *in sporta* 224, 21, *in palatio suo* 225, 16, *discipulis* 226, 19, *digito* pro *digitos* 228, 7, *in caelo* 230, 12. 234, 2, *mago* 231, 11, *in terra* 232, 6, *ab ante mea potestate* 231, 3, *in inferno* 234, 2; scribit porro pluralem pro singulari: *magni homines* pro *magnum hominem* 225, 23, *eis* pro *ei* 225, 20, *parentes* pro *parentem* 225, 25, *habentes* pro *habentem* 227, 6, *una intendentes* ibid.; singularem pro plurali: *doctrina* pro *doctrinas* 227, 24, *digito* pro *digitos* 228, 7, *quod* pro *quos* 226, 19, *ei* pro *eis* 232, 21; masculinum pro neutro: *factus* pro *factum* 224, 22, *inuentus est caput* 225, 4, *quem* pro *quae* 224, 7, *aliquis malum* 224, 17, *cubiculum interiorem* 225, 18, *quis* pro *quid* 228, 1, *inuentus* pro (*in*)*uentum* 233, 1; neutrum pro masculino: *quod* pro *quos* 226, 19, *aliquid* pro *aliquis* 229, 4; femininum pro neutro: *qua* pro *quo* 224, 6; neutrum pro feminino: *plurima uirtutes* 225, 19; item personae, numeri, modi, tempora uerborum permutantur. habes primam personam uerbi pro secunda: *faciam* pro *facias* 225, 15; primam pro tertia: *fuissem* pro *fuissent* 225, 18, *faciam* pro *fecit* 228, 1, *ueni* pro *uenit* 230, 20; secundam pro tertia: *desideras* pro *desiderat* 226, 1, *uocaris* pro *uocatur* 227, 17; tertiam pro prima: *dicebant* pro *dicebam* 224, 7; tertiam pro secunda: *estimet* pro *aestimes* 223, 18, *est* pro *es* 224, 6; 226, 14, *perdiderit* pro *perdideris* 228, 16, *dicit* pro *dicis* 231, 18. habes porro pluralem pro singulari et uice uersa: *interrogauerunt* pro *interrogauit* 226, 25, *dicebant* pro *dicebat* 227, 2, *possent* pro *posset* 229, 1; singularem pro plurali: *fuerat* pro *fuerant* 229, 3; indicatiuum pro coniunctiuo: *loquebatur* 227, 5, *crescit* 230, 8, *torquetur* 230, 9, *ut . . . ostendit* 231, 24; indicatiuum pro participio: *cognoscet* pro *cognoscens* 226, 4, *indignat* (sic) pro *indignatus* 232, 12; indicatiuum pro imperatiuo: *est* pro *esto* 224, 3; *iubet* pro *iube* 224, 16; coniunctiuum pro indicatiuo: *uoluerint* pro *uoluerunt* 224, 8; coniunctiuum praesentis pro indicatiuo futuri: *delinquatur* pro *delinquetur* 230, 5; participium pro uerbo finito: *faciens* pro *faciet* 230, 19; uerbum finitum pro infinitiuo: *eum . . . possit reuiuiscere* 233, 10, *eum . . . uersus fuisset* 233, 11; praesens tempus pro futuro: *crescit* 228, 16; coniunctiuum imperfecti pro coni. praesentis: *scirent* pro *sciant* 228, 14. addas falsae declinationis et coniugationis

exempla: *homini* pro *hominis* 225, 1, *artis* pro *artibus* 230, 18; *uintus* pro *uictus* 226, 14, *effugaret* pro *effugeret* 232, 18. denique adnoto *quod* coniunctionem accusatiuo cum infinitiuo praemissam: *quod simonem implere* 230, 15. ex qua farragine si quis sibi eligere uelit quae fortasse ad linguae rusticae regulas definiendas aliquid ualere uideantur, me non obstante id conabitur. multa sane cum iis quae in codice pretiosissimo Vercellensi leguntur admirabiliter conueniunt. meam uero sententiam si requiris, equidem non infitior longe plurima nebulonis potius imperitissimi neglegentissimique stultitiam leuitatemque prodere, quam auri argentiue quo philologi laetentur fodinam recludere mihi uideri. aliter de iis statuo quae aut in utroque codice, aut in uno Londinensi consueto generi dicendi contraria reperiuntur. huc pertinet ut orthographica omittam *in* praepositio interdum cum ablatiuo pro accusatiuo coniuncta, uelut *conuersus in loco* 233, 6 *L* (*rediens in loco F*), *in faetore et putredine uersum* 233, 10 sq. (*LF*), *in Christo credere* 234, 3 (*LF*); praepositio duplicata *ab ante* 231, 3, quam *L* recte cum accusatiuo, *F* cum ablatiuo construit; praepositio *praeter* aduerbii loco usurpata: *omnibus mentiri potes praeter mihi* 226, 16 (*Lm*¹*F*); aduerbium *nimium* more graecorum (= σφόδρα) 224, 13 (*LF*); 231, 9 (*LF*); coniunctionem *quia* pro *quod* 223, 17 (*L*). 226, 12 (*L*). 231, 10 (*LF*). 232, 4 (*LF*) et ante orationem directam 226, 26 (*LF*); *si* in oratione indirecta 224, 15 (*LF*). 229, 20 (*LF*). addas usum pronominum *alius* pro *alter* 225, 21 (*LF*) et *quod* pro *quid* 224, 5 (*L*); 224, 12 (*F*), nominum adiectiuorum comparationem quasi duplicatam *nimis incredulior* 233, 14 (*F*), *non tantum incredulior* 233, 17 sq. (*F*), quibus adnumerare possis *ualde carissimus* 227, 9 (*F*); denique infinitiuum pro *ut* cum coniunctiuo *populus conuenit . . . uidere* 230, 14 sq. (*CF*) et supinum pro infinitiuo *pollicetur uolatum* 230, 11 sq. (*LF*). haec ubi in *L* uel in utroque codice leguntur, temptare non ausus sum.

## III. Acta Pauli et Theclae.

Acta Pauli et Theclae uel passionem S. Theclae (μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλης) primus Tertullianus in libro de baptismo c. 17 commemorat[1]. narrat ille presbyterum quendam Asianum

[1] *quodsi qui Pauli perperam scripta legunt exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt, sciant in Asia presbyterum qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, conuictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.*

haec acta quasi in honorem apostoli Pauli composuisse, sed fraudis conuictum munere suo deiectum esse. quae Tertulliani uerba facile ita accipere possis, ut presbyterum illum librum suum Paulo tamquam auctori supposuisse existimes. sed neque in codicibus manuscriptis neque cuiusquam ueterum scriptorum testimonio acta Theclae Paulo apostolo adiudicantur. accedit quod illae ipsae res quae in libro de Paulo narrantur ne speciem quidem ullam libri suppositicii praebent. neque enim ipse apostolus tamquam auctor libri inducitur, neque personae Pauli quae in tertio libri capite reperitur descriptio cum illa opinione conciliari potest. quod autem presbyter ille conuictus et confessus loco decessisse dicitur, id non propter fraudem factam sed propter haereticas quas defenderet sententias ipsi accidisse uidetur. nimirum cum ille licentiam mulierum docendi tingendique exemplo Theclae commendaret, de gnosticorum consuetudinibus in ecclesiam catbolicam illatis accusatus est. Tertulliani testimonio Hieronymus in libri de scriptoribus ecclesiasticis capite 7 usus est, ita tamen ut quaedam adderet quorum notitiam aliunde eum percepisse apparet[1]). nuncupat enim librum περιόδους Pauli et Theclae et mentionem facit fabulae baptizati leonis, quam in illis περιόδοις contineri testatur. quae quidem fabula cum in eo textu quem nunc in manibus habemus frustra quaereretur, fuerunt qui dicerent Hieronymum eam aut suo Marte finxisse, aut prauam Tertulliani interpretationem secutum protulisse. sed utraque opinio reicienda est. etenim ex iis quae tunc temporis in actis Theclae legebantur uir doctissimus hanc unam narrationem, quippe quae sibi prae ceteris offensioni esset, decerpsit, omissis iis quae Tertullianus de licentia mulierum docendi tingendique notauerat. quis igitur putabit, Hieronymum ipsum sibi quasi fundamentum demonstrationis leuissimis futilissimisque commentis iecisse, quamuis in promptu essent argumenta quibus haereticam libri indolem probaret[2])? aliter de iis statuo, quae idem Hieronymus

---

[1]) *igitur περιόδους Pauli et Theclae et totam baptizati leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. quale enim est ut indiuiduus comes apostoli* (i. e. *Lucas*) *inter ceteras eius res hoc solum ignorauerit? sed et Tertullianus uicinus eorum temporum refert, presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse.*

[2]) Nec magis mihi arrident, quae Ernestus Grabe in Spicilegio SS. Patrum tom. I p. 92 sq. profert, licet Tischendorf proleg. p. XXII Grabio

de Asiano presbytero apud Ioannem conuicto tradidit. haec sine dubio ipse ad Tertulliani uerba quibus usus est addidit; nam apud Tertullianum de Ioanne nihil narratur. — ad eundem illum leonem, non baptizatum quidem, sed diuina uoce ad populum loquentem, referenda uidentur, quae Commodianus in carmine apologetico u. 620 sq. testatur[1]). sed non satis certum est, num haec narratio ex actis Theclae, an ex actis gnosticis Pauli nunc maximam partem deperditis hausta sit[2]).

Vtut haec sunt, non miraberis, si haec uel illa quae ex actis Theclae commemorantur in nostro textu non reperiuntur. libri enim gnostici cum ad usum populi catholici accommodarentur, ab omnibus quae catholicas aures offenderent diligenter purgari, uariisque modis retractari et decurtari solebant. acta autem Theclae aut certe eum librum unde noster textus ortus sit inter gnosticos libros numerandos esse, alio loco uberius exposui[3]). originalem actorum textum non integrum ad nos peruenisse etiam aliis documentis probatur. huc pertinent quae Ioannes Chrysostomus, uel quisquis ille est qui homiliam in sanctam Theclam Chrysostomo adscriptam composuit, de Thecla rogo erepta ad Paulum fugiente deque Thamyri sponsam in deserta loca persequente eique uim inferendam minitante narrauit[4]). haec enim si quid uideo post illa quae sectione 22 leguntur actorum textui inserenda sunt. addas quod pluribus locis quae nunc in actis traduntur ex prolixiore textu excerpta, immo uero rerum ordine turbato in breuiorem formam redacta esse uidentur. conferas quae sect. 21—23; 26; 34 narrantur et quae

---

adstipulatur. „*ipsa enim acta Hieronymum haud legisse putat, illam uero fabulam praeter Hieronymum a nemine eorum omnium qui tot mirabilia Theclae citant commemoratam, ex iis ortam esse quae sect. 33 sq. de leaena Theclam antequam baptizaretur mirabiliter contra bestias defendente narrata sunt.*" sed baptismus Theclae quem ipsa sibi sumsit post obitum demum leaenae, neque in harena ubi haec periit, sed in fossa uel piscina factus esse traditur.

¹) *Et quidquid uoluerit, faciet ut muta loquantur.*
*Et Balam caedenti asinam suam colloqui fecit*
*Et canem ut Simoni diceret clamauit a Petro* [l. *te Petrus*]
*Paulo praedicanti dicerent ut multi* [l. *muti*] *de illo;*
*Leonem populo fecit loqui uoce diuina.*

²) cf. Pitra spicileg. Solesm. I proleg. XXII et quae contra Pitram monui in libro meo die apokr. Apostelgesch. II, 1, 231 sq. 446.

³) Apokr. Apostelgesch. II, 1, 448 sqq. et contra eos qui oblocuti sunt cf. eiusdem libri supplementum p. 62.

⁴) Chrysostomi Opp. T. II p. 749—751 ed. Montefalc.

ego de his rebus disserui in libro meo 'die apokr. Apostelgesch.' II, 1, 447. interdum etiam fit ut auctor libri, ubi lectores ad superiora delegat, ad res respiciat quae in superioribus non reperiuntur; cf. sect. 37 (apud Syrum interpretem) 41. 42 et quae ego notaui l. s. p. 447 sq.

Reliqui scriptores qui inde a saeculo quarto exeunte actorum Theclae mentionem faciunt, iam eodem textu catholico usi sunt quem nos in manibus habemus. taceo de Ambrosiastro quem uocant qui ad unum tantum actorum locum spectauit[1]). sed medio saeculo sexto Basilius Seleuciae in Isauria episcopus duobus libris de uita et miraculis S. Theclae scriptis catholicam istam historiam ut ipse fatetur *κατ' ἴχνος* secutus est. quaecumque ille in priore libro de Thecla narrauit[2]), ea omnia ex iisdem quae nunc habemus actis hausta sunt, licet mutatis uerbis et sermonibus uehementer amplificatis. post illum Nicetas Paphlago *λόγῳ ἐγκωμιαστικῷ* Theclae memoriam celebrauit. eundem narrationis ordinem obseruauit, easdem res exposuit, sed ingenti ut solet uerborum tumore obuolutas[3]). uterque eo tantum ab actis discessit quod gnosticarum opinionum uestigia quae in catholica retractatione supererant accurate exstinxit; nisi quod Nicetas sanctam uirginem baptizandi priuilegium habuisse testatur. tertius historiam Theclae retractauit Symeon Metaphrastes, qui ad actorum textum tam arte se adplicauit, ut uerba eius saepius ad istum emendandum adhiberi possint[4]).

---

[1]) apud Migne ser. lat. XVII, 518: *hoc enim negabant* (haeretici quorum 2. Tim. 2, 18 mentio fit) *quod palmare est christianorum ut credant se in futurum a mortuis resurgere. hi autem, ut ex alia scriptura* (act. Theclae c. 14) *docemur, in filiis fieri resurrectionem dicebant.*

[2]) Basilii in Isauria episcopi de uita et miraculis d. Theclae libri II ed. Petrus Pantinus Antuerp. 1608.

[3]) apud Combefisium Auctar. nouiss. t. I p. 445 sqq.

[4]) *Μαρτύριον τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος καὶ ἀποστόλου Θέκλης.* incipit uerbis *ἄρτι τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας.* graece primum a Petro Pantino l. s. p. 250—291, deinde a Mignio ser. gr. CXV p. 822—846, latine apud Lipomanum et Surium ad diem XXIII. mensis Septembris editum est. libri manuscripti saepissime in bybliothecis reperiuntur. in bybl. nation. Parisina GGundermann hos codices inuenit: cod. Paris. Supplem. gr. 240 (ol. Sangerman.) saec. XI f. $3^{r}$ A. Paris. gr. 774 saec. XV f. 89 sqq. Par. gr. 1492 saec. XI fol. $138^{r}$ sqq. Par. gr. 1489 (Colb. 772. Reg. 2042. 2) saec. XI f. $166^{r}$ sqq. Par. gr. 1479 (Colb. 780. Reg. 2016. 6. 6) saec. XI f. $157^{u}$ A sqq. Par. gr. 1607 saec. XIV fol. $166^{u}$ sqq. Par. gr. 1515 (Colb. 868. Reg. 2016. 5. 5) saec. XII f. $130^{r}$ A sqq. Par.

Praeter hos scriptores actorum Theclae mentionem faciunt uel aliquid de Thecla uirgine et martyre referunt quod ex actis illis desumptum est inter graecos Methodius Tyrius[1]), Gregorius Nazianzenus[2]), Gregorius Nyssenus[3]), Epiphanius Constantiensis episcopus[4]), Ioannes Chrysostomus[5]); inter latinos Ambrosius Mediolanensis[6]), mulier Aquitana[7]), Zeno Veronensis[8]), Sulpicius Seuerus[9]), Maximus Taurinensis[10]), Faustus Manichaeus[11]) et Augustinus[12]). quibus addere placet Pseudo-Cyprianum quem Antiochenum esse uolunt[13]), Gelasium Romanum papam, qui in decreto de libris recipiendis et non recipiendis etiam acta Pauli et Theclae libris apocryphis adnumerat[14]); denique Menaeorum

---

gr. 1521 saec. XII f. 206ᵘ sqq. Par. gr. 1523 saec. XII f. 106ᵘ sqq. quibus codd. addas cod. Florent. Laurent. Plut. XI, 20 saec. XI f. 147 et alios multos. — Suidas s. u. *ἄβαξ* hanc passionem Theclae Symeoni Logothetae tribuit.

[1]) *Συμπόσιον τῶν δέκα παρθένων ἢ περὶ ἁγνείας* apud Combefis. Auctar. Nouiss. t. I p. 64 sqq. et in Methodii opp. ed. A. Jahn.

[2]) Orat. 1 in Iulian. Opp. tom. I p. 108 ed. Paris. 1840; orat. 24 opp. I p. 443; praecepta ad uirgines tom. II p. 348 u. 190 sqq. exhortat. ad uirgines l. s. II p. 382 u. 87 sq.

[3]) Hom. 14 in cant. cant. Opp. tom. I p. 676 ed. Paris. 1615.

[4]) Haer. 78, 16; 79, 5.

[5]) Hom. 25 in acta app. Opp. t. IX p. 207 ed. Montef.

[6]) de uirginibus II, 3, 19—21 apud Migne ser. lat. XVI, col. 223 sq.; de lapsu uirginis consecratae c. 3 et 4 Migne XVI, 385 sq. de uirginitate 7, 40 Migne XVI, 290; epistula 63, 34 ad Vercellensem ecclesiam Migne XVI, 1250.

[7]) Peregrinatio S. Silviae Aquitanae ad loca sancta ed. IFGamurrini, Biblioteca dell' Academia storico-giuridica vol. IV (Romae 1887) p. 73 *sed quoniam de Tharso tertia mansione, id est in Hisauria, est martyrium sanctae Teclae, gratum fuit satis, ut etiam illuc accederem, presertim cum tam in proximo esset.* p. 74 *ibi ergo cum uenissem in nomine dei, facta oratione martyrium, nec non etiam et lectus omnis actus sanctae Teclae, gratias domino nostro egi infinitas, qui mihi dignatus est indignae et non merenti in omnibus desideria complere.*

[8]) lib. I tract. 8 de timore ap. Gallandium t. V p. 122.

[9]) Dialog. de uita Martini II, 13, 5 p. 106 ed. Halm.

[10]) Serm. 48 in festo S. Agnetis in Opp. Ambrosii (Paris. 1690) append. p. 458.

[11]) apud Augustin. c. Faustum XXX, 4. Opp. VIII col. 316 sq. ed. Antuerp. 1700.

[12]) de sancta uirginitate c. 44. Opp. VI, 265.

[13]) Pseudo-Cypriani orat. de martyribus in Cypr. Opp. III, 149 ed. Hartel.

[14]) Gelasii decr. II, 22: *liber qui appellatur Actus Theclae et Pauli apocryphus.*

Graecorum auctores[1]) et Menologium imperatoris Basilii Porphyrogenneti[2]), qui Theclae historiam breuibus uerbis comprehendunt.

Acta Pauli et Theclae primus Ernestus Grabe graece et latine edidit in Spicilegio SS. Patrum Oxoniae 1698 t. I p. 95—128. usus est Grabe ad editionem suam adornandam codice Baroc-ciano 180 bybl. Bodleianae. hic illic, ut ipse praefatus est, ex antiqua latina uersione quae in eiusdem bybliothecae codice 39 Digbaei exstat, nec non ex graeco Basilii Seleuciensis commentario textum emendauit et suppleuit, nouamque latinam interpretationem cum notis addidit, subiuncta ad calcem uersione antiqua. Grabii editio repetita est ab Ieremia Iones in altero tomo libri 'A new and full method of settling the canonical authority of the New Testament etc. London 1726.' lacunam codicis Bodleiani quae inde a uerbis sectionis 27 *αὐτὴν εἰς θηρία* usque ad uerba sect. 32 *τῶν δὲ λεγουσῶν* inuenta est, Grabe ex Symeone Metaphraste expleuerat; deinde Thomas Hearne anno 1715 in appendicis ad Ioannis Lelandi antiquarii collectanea parte II (uol. VI) p. 67—69 ex codice Oxoniensi Huntingdoni (nunc Miscell. graec. 77) ipsa actorum uerba restituit. nouam actorum editionem parauit ICThilo, qui tres libros manuscriptos bybliothecae Parisinae contulit (Acta Thomae proleg. p. LIX sq.): scilicet codd. gr. 520 saec. XI, 1454 saec. X et 1468 saec. XI. sed uiro meritissimo non contigit ut quae sibi proposuisset ad exitum perduceret. itaque post illum Constantinus Tischendorf in editione huius libri priore opus quod Thilo imperfectum reliquerat perfecit. usus est tribus a Thilone collatis codicibus Parisinis; praeterea Grabii textum Baroccianum et codicem Oxoniensem latinum ab illo editum, itemque fragmentum Thomae Hearne adhibuit.

Nostram editionem nouis subsidiis quaesitis fulciendam curauimus. ad textum constituendum hos codices graecos adhibui:

*A* = cod. Parisinum gr. 520 saec. XI f. 39 sqq. a Thilone et Tischendorfio collatum.

*B* = cod. Paris. gr. 1454 saec. X f. 72 sqq. ab iisdem uiris collatum.

*C* = cod. Paris. gr. 1468 saec. XI f. 38 sqq. ab iisdem collatum.

---

[1]) ed. Venet. 1683 p. 153.

[2]) I, 66 ed. Albani; Migne ser. gr. CXVII, 69.

*E* = cod. Vatic. gr. 797 saec. XI f. 94 ab Augusto Mau collatum[1]).

*F* = cod. Vatic. gr. 866 saec. XI exeunt. f. 27 ab eodem collatum.

*G* = cod. Barocc. 180 bybl. Bodleian. saec XII. est codex Grabii.

*H* = cod. Oxon. Miscell. gr. 77 olim Huntingdoni saec. XII exeunt. est codex ex quo Thomas Hearne lacunam cod. Barocciani suppleuit. specimina codicis ILGMowat M. A. mihi procurauit.

*I* = cod. Paris. gr. 1506 saec. XII f. 64$^{r}$. specimina codicis GGundermann mihi transmisit.

*K* = cod. Paris. gr. 769 saec. XIII f. 141$^{u}$. huius quoque codicis specimina Gottholdo Gundermann accepta refero.

*L* = cod. Palat. Vatic. 68 saec. XIII f. 81. specimina codicis A. Mau mihi transmisit.

*M* = cod. Vatic. 1190 saec. XIV pars III f. 1215. specimina codicis curauit AMau.

His codicibus addendus est cod. Athous Cutlumusian. 56 saec. XII f. 156, de quo Philippus Meyer me certiorem fecit; inscribitur: *Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου πρωτομάρτυρος καὶ ἀποστόλου Θέκλης τῆς ἐν γυναιξὶν χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* incipit: *Ἀναβαίνοντος παύλου εἰς ἰκόνιον.*

Latinae actorum uersiones plures ad nos uenerunt: una quae exstat in codice Casinensi 142 saec. XI p. 379 sqq., altera quam in codice Bodleiano Digbaei 39 EGrabe inuenit, tertia quae in Bonini Mombritii Sanctuario quod circiter annum 1476 prelo subiectum est tomo II p. 303—306 reperitur. signaui primam uersionem littera minuscula *c*, alteram siglo *d*, tertiam siglo *m*. Casinensis codex typis impressus est in Bibl. Casin. tom. III Florileg. p. 271—276 (cf. Bibl. Casin. III p. 266 sqq.). inscribitur codici: *Passio sanctae Theclae uirginis.* incipit: *Veniente Paulo Iconium fuerunt ei duo comites Demas et Hermogenes aerarii qui fallacia pleni erant.* explicit: *cuius obitus die celebratur nona kal. Octobr. Regnante domino . . . saeculorum amen.* Digbaei codici inscribitur: *Passio S. Theclae uirginis et martyris quae colitur VIII kal. Octobr.* incipit: *Tempore illo ad-*

---

1) siglum *D* quod Tischendorf latino codici Digbaei addidit ego non adhibui, ne diuersa librorum designatione lectorum animi confunderentur.

*scendente Paulo Iconium post Antiochiae fugam, facti sunt ei comites Demas, Ermogenes, Alexander aerarius repleti simulatione.* haec uersio etiam apud Gallandium in bybl. Patr. tom. I p. 177 sqq. reperitur. utrique translationi nihil commune est. translatio quae apud Mombritium legitur, eadem esse uidetur quam IoStilting in actis SS. Septembr. t. VI p. 546 in quattuor codicibus Musei Iesuitarum Bruxellensis exstare significat. in catalogo codd. hagiograph. Bruxellensi sex codices latini commemorantur, qui Mombritii textum continere dicuntur, cod. Bruxell. 98—100 saec. XII f. 211r, cod. 197 saec. XV f. 96lb, cod. 7917 saec. XIV f. 157r, cod. 9810—14 saec. XII et XIII fol. 173u, cod. 18108 saec. XII ineunt. f. 77r, cod. 21885 anni 1277 fol. 84r, cod. Bruxell. apud D. Phillips sign. n. 364 saec. XI f. 51u; quibus addas qui in Analectis Bollandianis t. I p. 166 sq. enumerantur codd. Hagan. I. 3 saec. XIV exeunt. f. 163u et Hagan. L. 29 (Weesp 14) saec. XV f. 179u. sed in incerto relinquo num hi codices omnes eandem uersionem praebeant. translatio Mombritiana incipit uerbis: *Passio beatissimae uirginis et martyris Teclae. In diebus illis proficiscente Paulo Iconio ab Antiochia facti sunt ei comites Demas et Hermogenes erarius.* explicit: *in Seleuciam abiit atque multos in domino illic dei doctrina illuminans cum bono cursu requieuit in pace. Regnante . . . saeculorum amen.*

Praeterea latinus actorum textus in breuiorem formam redactus haud raro in bybliothecis reperitur. huius generis est passionis Theclae epitome quae in cod. aed. Flor. eccl. 134 f. 132 seruatur. inscribitur passioni: *nonis Octobr. Natale S. Teclae martyris.* incipit *sub Nerone Romanorum principe Paulus apostolus uerbum dei euangelizando orientem praedicabat. cui credidit puella quaedam nobilis uirgo Tecla nomine.* explicit: *et cum multos illuminasset conuersionis suae exemplo cum somno pacis migrauit ad dominum qui uiuit etc.* (cf. etiam Bandinii suppl. cat. lat. I, 296). primam narrationis partem FRoediger mihi exscripsit. alteram epitomen habes in cod. bybl. Riccard. 223 saec. XII f. 141u sq. incipit: *VIII kal. Octobr. passio sanctae Teclae uirginis. quae de ciuitate yconio a beato paulo apostolo instructa est, quam mater eius cernens christianam et nuptum repudiare malentem Christo sponsam adhaerere, quam corruptione carnis subiacere, pergens ad iudicem accusauit.* explicit *ibique exemplo et conuersatione uitae atque etiam doctrinae plurimos erudiens post multa certamina duplicis coronae, uirgini-*

*tatis et martyrii, requieuit in pace. amen.* sed non operae pretium est, has lucubratiunculas diligentius excutere.

Ex latino fonte italica de S. Thecla fluxit narratio quae saeculo XIV scripta est, ut FRoediger me certiorem fecit. typis expressa exstat in annalibus quibus inscribitur 'il Propugnatore' (Bononiae 1873. VI, 2).

Graeca etiam in slauicam, syriacam, arabicam linguam translata sunt. slauicae translationis nuntium exoptatum mihi attulit Sergius Sokoloff. exstat in tribus monasterii S. Trinitatis Moscouiensis codicibus: cod. Mosqu. 663 f. 373; 666 f. 91; 755 f. 230; praeterea in bybl. seminarii Bethanici cod. 1 f. 241. promiserat mihi Sokoloff de exemplo uersionis mittendo, sed praematura uiri egregii mors spem praecidit.

Syriacam uersionem nuper Guilelmus Wright uir meritissimus in lucem protraxit et in libro cui inscribitur 'Apocryphal Acts of the Apostles' (Londini 1871) syriace (t. I) et anglice (tom. II p. 116—145) edidit. usus est quattuor codd. Musei Britannici, cod. Add. 14652 saec. VI, Add. 14447 circa saec. X, Add. 14641 saec. X/XI et Add. 12174 anni 1197 p. Chr., quos literis *A*, *B*, *C*, *D* insigniuit. codicis *B* pusillum tantum fragmentum superest. in codice *A* desunt quae inde a uerbis sect. 10 *πολλὴ οὖν σύγχυσις* usque ad uerba sect. 13 *ἄνδρες τίς ἐστιν* leguntur. in codice *D* duo folia exciderunt, quorum alterum sectiones 19—26 inde a uerbis *ὡς δὲ ἐζητεῖτο* usque ad uerba *Ἰκονιέων εἰμὶ πρώτη*, alterum sectiones 34—41 inde a uerbis *ὡς δὲ ἐτέλεσεν* usque ad uerba *εἰς τὸν οἶκον Ἑρμαίου* comprehendebat. signaui uersionem syriacam siglo *s*, codices syriacos litteris $s^a$, $s^b$, $s^c$, $s^d$.

Denique uersionis arabicae quae in bybliotheca Vaticana asseruatur mentionem facit Assemani in Bibl. Orient. III, 1, 286.


De codicum uersionumque auctoritate disputare conatus est Carolus Schlau in libro 'die Acten des Paulus und der Thekla. Leipzig 1877' p. 4 sqq. utebatur ille critico quem Tischendorf coegerat apparatu nec non anglica textus syriaci uersione. quae tamen res uiro docto parum prospere successit. putauit enim uersionem syriacam nullius fere pretii esse; inter codices autem graecos a Tischendorfio adhibitos plurimi fecit codicem *C*, quem reliquis omnibus posthabendum esse persuasum habeo. mihi non in animo est quae de hac re in libro meo 'die apokryphen Apostelgeschichten' II, 1 p. 431 sqq. uberius disserui hoc loco repetere: satis erit summam rei paucis uerbis absoluere.

Codicum graecorum tres familiae sunt: una quae codicibus *EIKL*, altera quae codd. *FGHM*, tertia quae codd. *ABC* repraesentatur. sub finem historiae codd. *ABC* habent ea quae apud Tischendorfium sectionibus 44 et 45 leguntur de Thecla a medicis laudem sanctae inuidentibus temptata miraculoque diuino in montem translata, deinde de itinere eius subterraneo quod Romam fecit ut Paulum uideret, denique de morte et de sepultura uirginis haud procul a magistri dilectissimi sepulcro; quibus rebus additur computus annorum quos uixit et diei quo memoria eius celebratur significatio. pro his cod. *G* uberius exponit de spelunca prope Seleuciam quam uirgo inhabitauerit, de adulescentibus libidinosis, qui a medicis Seleuciensibus instigati uirginem frustra corrumpere conantur, de precibus quas Thecla ad deum fecit, deque translatione eius in montem. finem facit computus annorum et diei natalis quem uocant indicatio. eadem narratio sed multo prolixior in cod. *M* reperitur; quae codices *ABC* de itinere subterraneo uirginis et de rebus Romanis tradunt in codd. *GM* omissa sunt. utrumque additamentum deest non solum in codd. *FH*, sed etiam in codd. *EIKL* et in omnibus uersionibus. fabula de uirginis in montem translatione iam Basilio Seleuciae episcopo nota fuit, quippe qui famae cuidam quae Theclam communi hominum sorte mortem oppetiisse nuntiabat, uulgatam opinionem opponeret qua uirgo uiua terram subiisse credebatur. quae quidem opinio apud Seleucienses orta, traditione propagata et postea demum fabulis istis de medicis adulescentibusque, quarum Basilius nullam notitiam habuisse uidetur, aucta est. codices igitur uersionesque in quibus hae fabulae omittuntur, uetustiorem textus formam exhibent. quod autem codices Parisini *ABC* de Thecla Romam proficiscente et prope urbem sepulta narrant, id omni traditionis auctoritate caret. hinc apparet codices *EIKL* qui prioris, *FH* qui alterius familiae sunt, reliquos dignitate praecedere. inter prioris familiae testes locupletissimus est codex *E*, quamquam non ea est eius dignitas ut scripturam eius reliquis omnibus neglectis tueamur. multis enim scribendi mendis conspersus est, nonnulla (ueluti sect. 6 septimum *μακαρισμόν*) omittit, saepe etiam ordinem uerborum ad arbitrium immutat. sed plerumque optimis reliquarum familiarum codicibus adstipulatur; saepe solus aut paucis codd. assentientibus uerum seruauit; cf. sect. 29 *ὁ θεός μου, ὁ υἱὸς τοῦ ὑψίστου ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ*. ex reliquis libris codd. *IKL* propius ad codicem *E* accedunt, sed *IK* textum

interdum additamentis auxerunt. cod. *F* eiusdem familiae est atque *G*, sed multo melioris notae. de codice *H* Tischendorf iudicauit, eum nulla re nisi scripturae uitiositate insignem esse. sed illa uitiositas quam uir clarissimus castigat plerumque ad res orthographicas pertinet, quamquam non infitior hunc librum codici *F* cui artissime cognatus est cum aetate tum pretio inferiorem esse. cod. *G* nonnumquam solus aut consentiente cod. *F* uerum seruauit, cf. sect. 8 *εἶπεν οὖν ὁ Θάμυρις πρὸς Θεοκλείαν Ποῦ μού ἐστιν ἡ Θέκλα* (*ABCEIKm* per homoeoteleuton omittunt). codex non intactus est interpolatoris manibus, alia addit, alia (ueluti sect. 6 sextum octauum nonum *μακαρισμόν*) omittit; sed haud raro non solum cum *F* sed etiam cum *E* optimisque uersionibus originalem textum tuetur. in omnibus fere rebus maioris momenti, quibus imprimis adnumerandae sunt nominum propriorum formae, codicum *EFG* scriptura codicibus *ABC* praeferenda est. cod. *M* multo minoris auctoritatis est, utpote qui ab interpolatore nescio quo mirum in modum contaminatus sit.

Tertiae familiae duae propagines distinguantur oportet. codices *AB* artissimo necessitudinis uinculo inter se coniuncti sunt, cod. *C* saepissime ab illis discedit. quae Carolus Schlau ad huius libri laudem celebrandam protulit, in libro meo supra memorato (p. 434 sq.) accuratius refutaui. codicis scriptura a reliquorum testimoniis saepe discedit, multa mutata, multa omissa et decurtata sunt. praeter *μακαρισμοὺς* 7. 8. 10. 11 (sect. 6) et eos locos quos l. s. enumeraui omissa sunt etiam haec: sect. 7 *λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Παύλου*, sect. 9 *ἕνα καὶ μόνον Θεόν*, sect. 11 *τίνες ἐστὲ καί*, sect. 25 *καὶ ἦν ἔσω ἐν τῷ μνημείῳ . . . καὶ πάντων*, sect. 31 *καὶ ἐστέναξε πρὸς κύριον*. caueas igitur ne cum Tischendorfio et Schlauio hunc codicem reliquis omnibus praeferas. saepe cod. *C* cum *E* uel *EFG* contra *AB* facit, saepius *ABE* concordant dissentientibus *CFG*, sunt etiam loci in quibus *ABFG* unam, *CE* alteram scripturam praebeant. sed creberrime *C* reliquorum omnium auctoritate destitutus est. codicum *A* et *B* iste melior, hic antiquior est; uterque saepissime cum *E* contra minoris pretii testes conuenit. cod. *B* interdum interpolatoris uestigia prodit, cf. sect. 24 ubi habet *πάτερ καὶ υἱὲ καὶ ἅγιον πνεῦμα* et sect. 6 ubi uerba tertii decimi *μακαρισμοῦ* praecedentibus adaptat.

Codicum cognationem hoc stemmate illustrare placet:




De rebus grammaticis pauca dicenda sunt. formae alexandrinae raro inueniuntur. legimus εἶπαν (*EF*), ἀφείλατο (*G*), κατέφυγα (*AB*), γεναμένην (*H*). accusatiui tertiae declinationis in -αν desinentes aliquoties occurrunt: habes θυγατέραν (*A* sect. 29), σάρκαν (*H* sect. 5). antistoechia uocalium ι et η, η et ει, ι et οι, ε et αι, ο et ω in quibusdam codicibus rarius, in aliis saepius reperitur: neglegentissime scriptus est cod. *H*, ubi ἡκόνηον, ὑποκρήσαιος, id genus alia legis. ἴδεν saepissime pro εἶδεν exaratur, sed codices sibi non constant. talia notare plerumque supersedi, nisi quid ad sensum uerborum recte cognoscendum iuuabat.

Inter uersiones primum locum obtinet s y r i a c a. uerum quidem est, haud raro eam, maxime in sermonibus, graeca non ad uerba sed circumloquendo reddere uel amplificando exornare. sed ipsa graeca quae Syrus uertit ad archetypum saepe propius quam codices nostri accedunt. multa syrus interpres seruauit quae nunc in graecis omissa uel mutata sunt. enumero quae sect. 25 de Paulo cum pane oleribusque sal edente, sect. 33 de Thecla bracchia in crucis formam extendente, ibid. de pardo ad pedes uirginis accidente, sect. 35 de bestiis tranquille circa Theclam recumbentibus narrantur. taceo de locis in quibus Syrus aut solus aut optimis codicibus consentientibus genuinam scripturam seruauit; hoc unum addo quod fere numquam quidquam quo carere nequeas deleuisse uidetur, si paucissima quae ex errore exciderunt exceperis. itaque auctoritatem syriacae uersionis secuti non solum capite 14 uerba καὶ ἀνιστάμεθα θεὸν ἐπεγνωκότες ἀληθῆ etiam aliis de causis suspecta expunximus, sed etiam clausulam passionis in eam formam quam Syrus suppeditauit redegimus.

Quod de uersione syriaca diximus eam saepe paraphrasim potius quam accuratam graecorum uerborum interpretationem praebere, id in l a t i n a s quoque uersiones cadit. quarum longe

optimam eam esse iudico quae apud Mombritium exstat (*m*). artissime cum codicis *E* textu cognata est; inter omnes accuratissime uerba graeca latine expressit. reliquarum uersionum altera quae codice Casinensi continetur (*c*) ex textu aliquo graeco parata est, qui eiusdem stirpis atque codd. Parisini *AB* fuisse uidetur, haud raro tamen cum codd. *EFG* facit, quibuscum etiam illorum codicum clausulam ut supra monuimus repudiat. tertia denique uersio quae in codice Digbaei exstat (*d* apud nos, *D* apud Tischendorfium) singulari quadam cognatione cum codice *C* coniuncta est, cum quo multa quae reliqui testes tuentur omittit (e. gr. sect. 6 μακαρισμοὺς 7. 8. 10. 11); sed alia quae in *C* reperiuntur praeterit, et hic illic prope abest a codice *G*.

In commentario critico uariarum quas apud translatores inuenimus lectionum nonnisi delectum instituimus. saepe enim adeo a graecis discedunt ut uix quidquam ad genuinam scripturam cognoscendam conferant. sed quotiescumque duarum uersionum consensio eadem quae transtulerint graeca uerba patefacere uisa est, eam religiosissime adnotauimus, etiamsi nullus graecorum testium hanc lectionem confirmabat.

## IV. Acta Thaddaei.

De actis Thaddaei paucissima habeo praefanda. notissima est illa inter Syros inde a saeculo secundo exeunte peruulgata historia de Abgaro V quem Nigrum uocant Edessenorum principe nuntium cum epistula ad Iesum Christum Hierosolyma mittente deque responso a domino dato, quo quod ille petiuerat ut a morbo grauissimo sanaretur per unum ex discipulis suis quem ipse a mortuis resuscitatus missurus esset impletum iri pollicitus est. missus esse fertur Addaeus unus ex septuaginta discipulis, quem graeci cum Thaddaeo uel Lebbaeo uno ex duodecim confundebant. qui quidem Addaeus principem sanasse et una cum populo ad fidem Christianam perduxisse fertur. postea demum haec fabula eum in modum exornata est, ut Abgarum imaginem Christi depingendam curauisse, depictamque cum accepisset super Edessae portam tamquam munimentum posuisse narrarent, quo factum esse ut oppidum ab omni hostium impetu, sicut Christus olim promisisset, defenderetur. genuinam epistularum et actorum Edessenorum formam seruauit Eusebius, qui haec documenta ex Edesseno archiuo deprompta

et πρὸς λέξιν ex lingua syriaca in graecam translata esse testatur (Hist. eccl. I, 13). sub finem saeculi IV haec acta ab interpolatore quodam uberius exornata multisque additamentis amplificata sunt. librum retractatum cui inscribitur Doctrina Addaei syriace et anglice edidit Phillips (Londini 1876). idem liber etiam in linguam armeniam translatus quibusdam narratiunculis auctus est, quibus translator Armeniorum nomen celebrare et Edessenorum apostolum patriae suae uindicare sibi proposuit. armeniaca in gallicam linguam uersa, primum sed non integra edita sunt a Ioanne Raphaele Emin sub titulo 'Leroubna d'Edesse. Histoire d'Abgar' in Langloisii libro 'Collection des Historiens Arméniens' Parisiis 1867 p. 314 sqq., iterum a doctore Alishan sub titulo 'Lettre d'Abgar' Venetiis 1868. eodem consilio atque armenius interpres etiam Moses Chorenensis eam historiae Armeniae partem composuit, quae res Edessenas et Abgari V fata complectitur (Hist. Arm. II, 29—32 ed. Whiston; II, 30—35 ed. le Vaillant)[1].

Epistularum illarum nec non imaginis Christi Edessenae fama apud ueteres creberrima fuit. scripserunt de his rebus inter Syros Ephraimus Edessenus († 378) in Testamento (opp. graece ed. Rom. 1743 t. II syriace 399 graece 235 sq.), Iosua Stylites in Chronico anno 515 scripto ('Chronique de Josué le Stylite. Texte et traduction par M. l'abbé P. Martin' p. XIII. LI sqq. uersionis gallicae, in annalibus 'Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes' tom. VI, 1. Lipsiae 1878), Iacobus Sarugensis († 521) in Homilia metrica de Adaeo apostolo et Abgaro Edessae rege (apud Assemanum in Bibl. Orient. I p. 317 sq. et apud Curetonium 'Ancient Syriac Documents' p. 154), Dionysius Telmaharensis († 845) in Chronico (Eusebii canonum epitome ex Dionysii Telmaharensis chronico petita edd. Siegfried et Gelzer p. 48), Gregorius Barhebraeus († 1286) in historia compend. dynastiarum (ed. Pococke Oxon. 1663 p. 71 sq. uers. lat.), in chronico syriaco (edd. Bruns et Kirsch Lipsiae 1789 p. 48 sq. uers. lat.) et in chronico ecclesiastico (edd. Abbeloos et Lamy t. III p. 11 sqq.), Mares Salomonis filius c. 1235 (apud Assemanum l. s. III, 2 p. IV. XI), Salomo Bassorensis

[1]) conferas quae exposui in libris meis 'die edessenische Abgarsage' Brunsvigae 1880, 'die apokryphen Apostelgeschichten' II, 2 p. 178 sqq. Supplem. p. 105 sqq. quibus addas quae scripserunt KCMMatthes, 'die edessenische Abgarsage' Lipsiae 1882, et Tixeront, 'les origines de l'Eglise d'Edesse et la légende d'Abgar' Paris. 1888.

(c. 1222) in libro cui Melissae inscribitur (ed. Budge Oxon. 1886 p. 109 uersionis anglicae), Elias episcopus Damascenus apud Assemanum l. s. III, 2, V. XIV, Amrus librorum Maris excerptor apud Assemanum l. s. p. V. XIII sq., Iesuiabus (Ebed Iesu) Sobensis († c. 1257) in libro Margaritae IV, 6 apud Assemanum l. s. p. IV et in epitome canonum l. s. p. IV. X, alii; inter Graecos Procopius de bello Persico II, 12 (ed. Dindorf in Corpore Scriptt. hist. Byz. Bonnae 1838), Euagrius sub finem saeculi VI in historia ecclesiastica IV, 27 (ed. Migne ser. gr. t. LXXXVI), Ioannes Damascenus de fide orthodoxa IV, 16 (ed. Migne ser. gr. t. XCIV p. 281; cf. etiam appendicem ad primam de imaginibus orationem apud Mignium l. s. p. 320 et epistulam ad imperatorem Theophilum l. s. t. XCV p. 631 sq.), Georgius Hamartolus in chronico (ed. Muralt p. 236 sq.), Constantinus Porphyrogennetus († 959) in narratione de diuina Christi Dei imagine non manu facta (in Originum rerumque Constantinop. manipulo ed. Combefis. Paris 1664 p. 75—109), Georgius Cedrenus in historiarum compendio (ed. Dindorf Bonnae 1829 t. I, 308 sqq.), Nicephorus in historia ecclesiastica II, 17 (ed. Fronto Ducaeus Paris. 1630 t. I p. 143 sqq.); inter latinos Darius Comes in epistula ad Augustinum data (ep. 230 in Augustini opp. ed. Antuerp. 1700 t. II p. 635), passionis Thomae apostoli auctor (in Supplemento codicis apocryphi ed. Bonnet p. 159 sq.), Gregorius II papa Romanus in ep. I ad Leonem Isaurium (in Mansii Conc. Coll. XII, 963 sq.), Ordericus Vitalis († 1141) in historia ecclesiastica ed. Le Prevost Parisiis 1838—55 lib. I t. I p. 318 et lib. VIII t. III p. 564); inter Armenos Faustus Byzantinus in libro tertio historiae Armeniae (392) apud Langloisium l. s. I, 210, Moses Chorenensis in epistula ad Isaacum Erzerumi episcopum (in Moesingeri editione uitae Bartholomaei p. 13), qui Thaddaeum sub Sanatruco Armeniae rege in Sauarsana prouincia mortem oppetiisse tradunt; denique inter Arabas Ibn-el-Athîr in chronico ad annum 331 Heg. (= 943 p. Chr.) libro VIII p. 302, Abulfeda in chronico (qui eandem narrationem ad uerba repetit), Elmakin in Historia Saracenica ed. Erpenius p. 213), Ioannes Said in appendice ad Eutychii annales (apud Assemanum l. s. II, 393).

In numerum eorum qui de epistulis mutuis Christi et Abgari regis deque Thaddaei rebus gestis commentati sunt, etiam compositor actorum Thaddaei referendus est, quae primus Tischendorf in lucem protraxit. epistula Abgari a genuino

quem Eusebius seruauit textu nonnihil differt: responsum Christi ore tantum non litteris datum, imago domini in linteo expressa Abgaro missa esse dicitur; Thaddaeus uel Addaeus Edessenorum apostolus, qui secundum Syros Edessae diem suum in pace obiisse, secundum Armenos in Sauarsana prouincia martyrium passus esse fertur, cum Thaddaeo uel Lebbaeo uno ex duodecim confunditur, quem Beryti in Phoenice mortuum esse et graeci et syri scriptores tradiderunt (cf. de hac re librum meum 'die apokryphen Apostelgeschichten' II, 2 p. 156. 158 sqq.)[1]. quid quod etiam de patria Thaddaei in actis graecis alia atque apud Syros narrantur: hi enim eum Paneae Palaestinae uel Caesareae Philippi natum esse autumant, istorum autem auctor eum Edessenum fuisse, Hierosolyma uenisse et inter duodecim Christi apostolos receptum esse tradit. non huius loci est actorum originem accuratius peruestigare. illud unum moneo, eam quae in iis reperitur fabulae formam non ante saeculum quintum ortam esse.[2])

In edendis his Thaddaei actis duobus codicibus usus sum; altero Parisino bybl. nat. gr. 548 saec. XI, altero Vindobonensi bybl. Caesar. hist. gr. 45 (olim 14) saec. IX/X (cf. Lambec. comment. VIII p. 202; ed. Kollar. VIII p. 428 sq.). istum iam Constantinus Tischendorf secutus est; huius duo tantum fragmenta quae Lambecius exscripserat, et extremam partem inde a uerbis sectionis 6 *καὶ ἀποκριθέντες οἱ ἀρχιερεῖς εἶπον* adhibuit. Albertus a Vogel Vindobonensis amicus coniunctissimus hunc codicem rogatu meo integrum contulit. signaui codicem Parisinum siglo *P*, Vindobonensem littera *V*. acta in bybliothecis rarissima sunt: diu multumque de nouis subsidiis quibus apparatum criticum augerem sciscitatus sum, sed praeter hos duos codices quorum mentionem feci nullus mihi in notitiam uenit. Itaque Tischendorfii textum paucis tantum locis mutatis iterandum curaui. codicis enim Vindobonensis non ea est praestantia, ut eum Parisino praeferre possis: quamuis Parisino uetustior sit, tamen ab interpolatore nescio quo eum in modum retractatus et amplificatus est, ut ad istius textum emendandum uix hic uel illic quidquam ualeat.

---

[1]) nonnulli eum in Arato Armeniae oppido telis percussum esse dicunt, uel etiam Berytum oppidum Armeniae esse uolunt. utrumque eadem duorum Thaddaeorum permutatione facile explicatur. cf. de his aliisque traditionibus librum meum supra memoratum.

[2]) conferas quae exposui l. s. II, 2, 171.

Actis Thaddaei subieci alteram narrationem multo recentiorem quae in codice Vindob. bybl. Caesar. theol. gr. 315 (olim 207) saec. XII (ut uidetur) fol. 59[u]—62[u] exstat. exscripsit illam Alberto a Vogel rogante P. Iulianus Hauer Cremismonasteriensis. quae hoc loco de apostoli rebus gestis traduntur, paucissima sunt; sed multo uerbosior est narrationis compositor in imaginis Christi diuina origine illustranda miraculisque per eam patratis describendis. fabulae forma eadem est quae apud chronographos Byzantinos reperitur. singulari quodam modo epistulam Christi exornauit, cui quidem epistulae ipsum dominum septem sigilla addidisse fingit, quae diuinam ipsius naturam uirtutemque significarent. scripsi de hoc codice in libro meo 'die edessenische Abgarsage' p. 4 sq. 59 sq. 62, ubi multa sed non omnia allegabam. itaque haud ingratum me lectoribus facturum esse spero, si integrum codicem typis excudendum curauero.

Eiusdem narrationis fragmentum in codice Athoo Batopediano 704 saec. XII f. 320[u] sq. Philippus Meyer inuenit et mecum communicauit. inscribitur codici *ἐπιστολῆ γραφῆσα ὑπὸ ἀβγάρου τοπάρχου σωτῆρι ἰησοῦ χριστῶ, πεμφθεῖσα δι' ἀνανίου κούρσορος εἰς ἱεροσολύμα.* continet integram Abgari epistulam, maximamque partem responsi quod in hoc codice per Ioannem datum esse fertur. textus responsi pessime habitus, folii 321 dimidium abscissum est. extrema fragmenti uerba sunt haec: *διότι ὁ λόγραφοσ* (sic) *γεγραπται τῆ ἰδία μου χειρὶ μετὰ τῆσ σφραγίδοσ τῆσ ἐμῆσ. ἐσφράγισα δὲ τὴν ἐπιστολήν.* reliqua desunt. signaui codicem Vindob. siglo *V*, codicem Athoum siglo *A*.

---

p. V. 16 *lege* CX *pro* CIX
p. XVII, 17 *lege* modo — modo *pro* mox — mox
" " not. 2 *lege* indicato *pro* indicitato
p. XVIII not. 2 *lege* indicatum *pro* indicitatum
p. XXIII, 2 *lege* Archiuo *pro* Archiuio
p. XXVI, 8 *adde:* cod. Carnot. 190 saec. XII f. 107[r]—107[u] (fragmentum; desunt omnia inde a uerbis 'eum introire' p. 27, 13)
cod. Carnot. 473 tom I f. 245[u]—251[r] (idem fragmentum ex cod. 190 exscriptum)
p. XXXIX, 37 *lege* elisas *pro* clisae
p. LXXVI, 3 et LXXVIII, 13 *collationes codicum F et U non* Ioanni Neumann Argentoratensi *sed* Ioanni Schmidt *acceptas refero*
p. LXXXVIII, 30 *adde:* cod. Carnot. 144 saec. X f. 130[r]—136[r]
cod. Carnot. 192 saec. XII f. 104[u]—108[u]
cod. Carnot. 193 saec. X f. 195[r]—200[r]

p. XC, 5 *lege* memorati *pro* memoritati

p. XCVIII, 5 ad scriptores graecos qui Theclae mentionem faciunt *addas* auctorem libri cui inscribitur Physiologus ed. Lauchert 'Geschichte des Physiologus' Argentorati 1889 p. 250 (*ἐξέφυγειν*) *Ἰουδὶθ τὸν Ὀλοφέρνην, Ἐσθὴρ τὸν Ἀρταξέρξην, Σωσάννα τοὺς πρεσβυτέρους, Θέκλα τὸν Θάμυριν.* p. 270 *Θέκλα τοῖς θηρίοις καὶ φώκαις ἐβλήθη, καὶ ὁ τύπος τοῦ σταυροῦ αὐτὴν διέσωσε.* *cf* etiam Krone 'der altchristliche Physiologus. Deutsch-evang. Blaetter' 1890 p. 262 sqq.

p. CI, 19 *adde:* eadem actorum epitome etiam in codd. Carnot. 190 f. 262ᵘ—263ᵘ et 479 f. 186ʳ—189ʳ reperitur.

# Martyrium beati Petri apostoli a Lino episcopo conscriptum.

f. 259r Faber p. 67b Bibl. Max. Lugd.

I Post multimoda et multifaria uiae uitaeque salutaris documenta et eximia atque celeberrima miraculorum ostenta, seu aduersa immo diuersa · cum Symone mago aliisue quam plurimis antichristi praeconibus pro nomine ueri Christi certamina; post passionum quoque multiplicium et flagellorum acerbitatem et carcerum squalorem horrificum, cum esset exultans in domino beatus Petrus et gratias agens nocte ac die cum fratribus, in turba uenientium ad fidem domini nostri Iesu Christi, intentus orationibus et doctrinae caeterisque diuinae pietatis officiis, praecipue caritatis et castitatis gratiam audientium pectoribus inserebat, adhortans credentes in Christum ut

**[1] incipit martyrium beati petri apostoli a lino episcopo conscriptum *BCD* passio sancti petri apostoli secundum linum papam *A* martyrium beati petri apostoli a lino papa graece conscriptum et orientalibus ecclesiis traditum *E* martyrium sancti petri apostoli a lino papa romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum *Bruxell 5519—26* martyrium sancti petri apostoli a lino episcopo romano greca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum *G* passio sancti petri apostoli tercio kalendas iulii *L* passio s. petri *Bruxell 7482* Lini episcopi de passione Petri tradita ecclesiis orientalium et deinde in latinum conuersa: liber primus *f* beati Lini Romani pontificis de passione S. Petri apostoli ad ecclesias orientales liber *H* || [6] miracula *Ef* | ostensa *fH* || [7] seu aduersa *om fH* | et diuersa *fH* ac diu. *L* | aliisque *BCD* || [8] antychristi *C* || [9] passionem . . . multiplicem *fH* | multiplicium et (*cum signis transponendi*) *E* | et multiplicium flagellorum *L* | multiplicum *G* | ac flagellorum *CDG* || [10] in domino exultans *BCD* || [11] beatus Petrus *om E* | die ac nocte *AE* || [12] dei nostri *BCDG* dei et domini nostri *EfH* || [13] ac doctrinae *f* | caeteris *f* | diuinae *om H* || [14] officiisque *f* || [15] beatus petrus apostolus inserebat *E***

---

***inde a pag. 1, 14 sequuntur* Abdiae excerpta. 1, 14 ante omnia castitatis gratiam pectoribus eorum ins. || [15] in christo *abde***

pudice et continenter se gererent. nimis enim abundanter et supereminenter urbs orbi praelata, mente se in fastum elationis extulerat et iccirco, ut solet in opulentia et inerti securitate, indecenti fluxu dominabatur. persaepe namque ubi est elatio mentis sequitur contumelia carnis. unde factum est ut beati Petri sermonibus magnus pudicitiae apud multas diuersae aetatis ac potestatis seu nobilitatis feminas amor exarserit, ita ut pleraeque etiam Romanorum matronae a commixtione uirilis thori seruare munda corda simul et corpora, quantum ex ipsis erat, diligerent.

II Sed cum iam tempus appropinquaret quo fides beati apostoli et labores remunerari deberent, praeueniens perditionis caput scilicet antichristus Nero, consummata iniquitas, artari eum et in custodia squalidissima compedibus uinciri iussit. ubi coeperunt frequentare illum quatuor concubinae praefecti Agrippae, quarum erant uocabula Agrippina Eucharia Eufemia et Dionis. quae audientes ab eo castitatis sermonem et omnia domini nostri Iesu Christi mandata, tabescebant et molesta- | f. 259a F bantur esse sub thoro Agrip|pae. unde castitati se deuouentes pactum consilii alterutrum inierunt et confortatae a domino Iesu Christo nullo modo ei obsequio concubitus adquiescere ulterius decreuerunt. subtrahentibus autem se isdem non solum

[1] habundanter *CDE* ‖ [2] mente *om A* ‖ [3] idcirco *DEGH* ‖ [4] luxu *fH* | [5] inde *E* ‖ [6] in petri sermonibus *E* ‖ [7] et potestatis *fH* | feminas *om A* | etiam pleraeque *C* ‖ [9] corda *om A* ‖ [10] deligerent *fH* delegerint *L* delegerent *G* ‖ [11] adpropinquaret *E* | beati Petri apostoli *fH* ‖ [12] caput perditionis *A* ‖ [13] antichristi neronis *L* antychristus *C* et antichristus *fH* | arctari *fH* ‖ [15] uenerunt *BCD* | illum frequ. *A* | ad illum *E* | comcubinae *C* | aggrippae *C* ‖ [16] nomina *fH* | eucharia agrippina *A* | aggripina *C* | eucheria *G* | eufremia *BCGL* | Euphemia *fH* | et *om A* ‖ [17] Dionis *cum EL* clionis *ABCDG* Dione *fH et codd interpol Abdiae* ‖ [18] nostri *om Ef* ‖ [19] esse *om CDEfH* ‖ [20] adinuicem *fH* | in domino *E* a dom. nostro *fH* ‖ [22] autem *om H* | isdem *BD* hisdem *CG* eisdem *EL* iisdem *fH* eis *A*

---

[1] uiuerent *c* ‖ [1—5] nimis enim abundanter . . . contumelia carnis *om* ‖ [6] magnus itaque (quidem *b*) exarserat pudicitiae amor ‖ [7] ita ut (*om abde*) pleraeque (pluraeque *ad*) feminae munda corpora a commixtione uirili seruarent (seruare cupiebant *abde*) ‖ [11—14] sed cum iam tempus . . . uinciri iussit *om* ‖ [14] ita ut etiam (ita ut iam *b* inter quas *c*) Agrippina et (*om b*) Eucharia (et Euch. *om c*) et Euphemia (Euphetia *cde*) et Dione castitati se deuouissent (deuouerunt *c*) quae erant concubinae praefecti Agrippae. postea enim quam crediderunt in Christum, nullo modo ei ad obsequium concubitus acquiescere decreuerunt confortatae a domino Iesu Christo. uidens autem Agrippa praefectus = 3,11.

**a complexu uerum et ab omnimoda coniunctione Agrippae, coepit idem super hoc ualde taedere et maestus esse; mittensque sollicitos ac sollertes exploratores didicit eas studiosissime ad béatum Petrum prorumpere. quibus ad se reductis dixit vehementissima amoris captus insania: Scio unde uenitis. ille Christianus uos docuit mecum non coire et a debito thoro subtrahere. sed certus sum quia suis magicis artibus amorem erga me uestrum non poterit infirmare. Quae multis blanditiis delinitae nec uerbo amatorio adquieuerunt nec intento oculo libidinis fomitem respexerunt, quia apostolico sermone fundatae erant. uidens autem Agrippa praefectus quod Petri do|ctrinam** | p. 68ª BM **sequentes libidinem eius unanimiter spernerent et ipsius blanditiis minime adquiescerent, coepit eis minas intentare horrificas, iurans quod et illas uiuas incendio concremaret et Petrum grauissimis afflictum suppliciis ab hominum de sub caelo memoria perderet. sed numquam potuit eas ad inquinamentum commixtionis inflectere, dicentes amabilius sibi esse omnibus tormentis pro castitate succumbere, quam Christum cui deuouerant castimoniam recusare. indignabatur itaque Agrippa praefectus maxime in apostolum et fremebat super eum dentibus, quaerens occasionem ut eum quasi rationabiliter potuisset occidere.**

[1] uerum etiam *fH* | omni (m *uidetur erasa*) *C* || [2] cepit *EL* cępit *ABC* | tedere *ABL* | mestus *ABCE* moestus *DGfH* molestus *L* || [3] sol////to[s] *A* | solicitos . . . solertes *fH* | et solertes *H* | eas *in rasura L fuit* ab eis || [4] proripere *BCDEGL* se proripere *fH* || [5] amoris *om A* | captus amoris *H* || [6] mecum *om E* | non conuenire *fH* | et a debito thoro subtrahere *om A* || [7] magicis suis *E* || [8] blandiciis *E* || [9] compellarunt *EfH* || [11] autem *om E* aute *C* || [12] unanimiter eius (*cum transponendi signis*) *E* | eius blanditiis *fH* | blandiciis *E* || [13] cepit *EG* cępit *ABL talia iam non adnotabo* || [14] et ipsas *A* et eas *H* | incendio cremaret *fH* incenderet *A* | grauissime *fH* || [15] affectatum *BCD* afflictatum *EG* | caelo *om L* || [16] nūquā *AL* nunquam *BCDEGf* | commixtionis *om fH* eas commixtionis *BGL* || [17] flectere *fH* eas inflectere *C* || [18] castitatem *A* (*sed superscriptum est* castimoniam) | cast. deuouerant recus. *A* || [19] aggrippa *G* || [21] racionabiliter *E* | posset *BCD*

---

[12] secutae essent et | spreuissent | et ipsius blanditiis min. adquiescerent *om* || [13] indicere minas nimias quod et (et quod *b*) ipsas incendio concremaret et Petrum supplicio interficeret || [16] eas *post* inquin. *abde* || [17] inflectere, quia apostolico sermone fundatae erant dixeruntque ad inuicem: Melius est nos huic poenae pro castitate (per castitatem *bc*) succumbere quam Christum cui (cuius *b*) castitatem (castitate *b*) deuouimus recusare (abnegare *c*). indignabatur etc. || [19] maxime *om* || [20] super eum *post* dentibus || [21] quasi rationabiliter *om* | potuisset *sic et Abdias*

III Interea uxor Albini, Caesaris amicissimi, nomine Xandips, cum aliis pluribus nobilissimis matronis uenit ad Petrum. a quo uerbum percipiens castae uitae, repudiauit non modo uirile conubium, quin etiam et omne uitae huius delectamentum. qua de re Albinus nimio maerore affectus comminabatur multa se Petro illaturum tormenta, Xandippem uero uxorem suam uerbis iniuria plenis indeque delinimentis a coepto conamine refragari temptabat. mittensque ad Agrippam praefectum sibi amicitia copulatum mandauit ei omnia quae agente Petro de uxore sua patiebatur, deprecans ut si ei secundum suam fidutiam esset amicus, ulcisceretur eum de Petro: alioquin ipse se uindicaret. Agrippa quoque reddidit ei mandatum, se eadem, adhuc etiam duriora per eum pati. unde factum est ut cum Albinus cubitum iret et Xandippem sibi adduci fecisset, suaeque delectationis commixtionem apud eam nec blanditiis nec terroribus obtinere potuisset, consiliaretur quatinus una cum Agrippae manu uelut auem laqueo Petrum caperet et ut maleficum pessumdaret. Xandips autem, Albini uxor, haec audiens misit fidelissimum nuntium ad Petrum, ut Roma exiret et insidias paene ineuitabiles declinaret. Marcello nihilominus, Marci praefecti filio, qui postquam Symonis magi pestiferam doctrinam auerterat, apostolo fideliter et utiliter in cunctis adhaeserat,

1 cęsaris eius *A* | amississimi *E* | Xandipe *fH* ‖ 2 plurimis *A* | matronis *om A* ‖ 3 percipiens uerbum *f* ‖ 4 conubium *cum ABDEGL* connubium *f* | et *om C* | huius uitae *E* huius *om BCD* ‖ 5 furore *A* | confectus *f* | petro multa illaturum supplicia *A* ‖ 6 Xandipem *Lf* (*sic et infra*) ‖ 7 delinia-mentis *ABCDEGL* delinimentis *scripsi cum f* | accepto *BCDEL fuit et in G sed* c *prima erasa* ac toto *f* ‖ 8 refragrari *C* (*r altera exp*) | tentabat *f* ‖ 9 de uxore sua *om A* de sua uxore *f* ‖ 10 fiduciam *ELf* ‖ 11 amicus esset *f* | illum *AE* | alioqui *f* ‖ 12 uindicaturus esset *f* | aggrippa *C* | remisit *BCD* | reddidit ei responsum *f* | in mandatum *GL* ‖ 13 etiam *cum AE* et *BCD* etiam et *EGLf* | deteriora *BCD* diriora *EGL* duriora his *f* | hinc pati *BDGL* pati per eum hinc *C* | dum Alb. cubitum isset *A* ‖ 14 suae *A* ‖ 15 dilec-tionis *CDGL* | blandiciis *CE* ‖ 16 optinere *G* | consilium iniit *BCD* | quatenus *f* | agrippa *BCD* ‖ 17 manu uelut auem laqueo *om BCD* | maleficium *C* ‖ 18 pessimum necaret *L* | Xandipe *f* | uxor Albini *A* ‖ 19 nuncium fidelissimum *f* | de roma *BCD* romam *E* ‖ 20 nichilominus *ACDEf scriptio* nichil, michi *al saepissime occurrit in codd nostris* nichilhominus *B* ‖ 21 qui *om L* | a symonis *AL* ‖ 22 se auerterat *A* auerterat se *L* auerterat (d *suprascr*) *E* aufugerat *f* | et apostolo *L* | adhaererat *D* | adhaesit *f*

---

1 Interea post haec in conuentu senatus (= 5, 2) surrexerunt quidam senatores qui et dixerunt etc.

seu et fratribus conspirationem uiri sui et praefecti Agrippae innotuit. in crastina quoque surrexerunt quidam ex senatoribus in conuentu senatus et dixerunt: Suggerimus amplitudini uestrae, nobiles uiri, quod ad peruersionem urbis aeternae Petrus conubia diuortiis mancipat, uxores nostras a nobis disiungit et nescimus quam nobis nouam et inauditam legem inducit. Et haec dicentes incitabant etiam alios ad tumultum et appellationem. tunc Agrippa gratulatus est, quia quod de Petro optauit sub occasione senatus inuenit. sed et hoc Petrum et fratres non latuit. innotuerant siquidem hoc eis celeri nuntio qui fuerant ex senatoribus illuminati per Petrum a domino.

IV Quapropter Marcellus et fratres deprecabantur Petrum ut secederet. Petrus uero ait: Non oportet, fratres et filii, fugere propter Christum dominum passiones, cum ipse se ultro pro nostra salute morti obtulerit. Marcellus autem et fratres nimio cum fletu aiunt: Miserere, pater misericors, iuuenum et eorum qui sunt in fide rudes: ne nos ac illos inter infidelium turbines destitutos relinquas. Tunc Petrus rogantibus se ait: Fugiendum suadetis et iuuenum atque infirmorum cordibus exemplo nostro metum passionis incutere, cum uerbum dei constanter debeamus asserere et sancta castimoniae fundamenta quae iecimus conseruare. fugiendum putatis ut mortem declinemus, quam multis suspiriis et gemitibus diuturnis ut ingressum uitae expetimus, qua etiam secundum illius reuelationem dominum clarificare debemus. Fratres uero haec audientes

1 seu et] atque etiam *f* sicut *suspicatur H Usener* ‖ 2 ipsa innotescere fecit *f* | in crastina *scripsi cum BCDEG* in crastinum *A* in crastino *Lf* | de senatoribus *E* ‖ 3 in consessu *om* senatus *f* ‖ 4 persuasionem *f* ‖ 5 conubia *ABCDEGL* connubia *f* | emancipat *f* ‖ 6 induxit *E* ‖ 7 haec dicentes *om* et *BCD* | inertabant *G* concitabant *f* ‖ 8 aggrippa *E* ‖ 9 in senatum uenit *f* ‖ 10 ac fratres *EGL* | innotescere . . . fecerant *f* ‖ 11 ii qui *f* | per petrum ex senat. illum. *A* ex sen. per Petr. illum. *f* ‖ 13 filii et fratres *C* ‖ 14 ultro ipse se *A* ipse ultro se *EGLf* ‖ 15 optulerit *E* | marcellus uero *A* ‖ 16 nimio cum fletu *om A* cum magno fletu *E* ‖ 17 nec nos *CDGLf* | ac illos *om BCD* nec illos *f* ‖ 18 derelinquas *C* ‖ 20 constanter constantia *E* ‖ 21 sanctae *f* ‖ 22 recimus (cep *supra*) (*corr m 2*) *D* ‖ 23 ingressus *BCD* ‖ 24 expetimus qua etiam *om BCD* ‖ 25 dominum clarificare debemus *post* diuturnis *ponunt BCD deinde scribunt* ut ingressus uitae secundum illius reuelationem expetamus (expectamus *C*) | debeamus *f*

---

5 omnino disiunxit (-git *c*) (omnimodis seiungit *b*) ‖ 6 nescio *acde* | induxit *abde* ‖ 7 et *om c* | audientes | et appellationem *om c* ‖ 9 optabat Petro | senatus *om* | euenit *c*

leuauerunt planctum dicentes: O pater ueracissime, ubi sunt uerba modo quibus dicebas, quoniam pro uita nostra morti esses paratus succumbere? et nunc impetrare non possumus ut pro nostra salute, donec corroboremur, patiaris aliquantulum uiuere! Adolescentes quoque, quos ipse sollicite custodiens in fide et castitate sedulo educabat, manus protendentes in caelum et porrecti ante faciem illius uelut subito mortui, cadentes in terram uociferabantur, nimio eiulatu clamantes: O bone Petre, pater et pastor, post tuum dominum in clementia singularis, cur nos affectu materno nouiter per sacrum fontem domino | p. 68ᵇ BM pe|peristi, quos tam immaturo solatio et animo crudeli, qui te numquam antea attigerat, immanissimorum morsibus luporum | f. 260ʳ F exponis? Clamabant autem et matronae | puluere conspersis capitibus: Haeccine est misericordia quam de saluatore tuo praedicare solebas, qui tuis lacrimis se quem ad tempus negaueras, in aeternum pietate motus indulserat? et tu tantis lacrimarum fluminibus te uel paruo tempore non concedis, praesertim cum et domino possis ministrare in carne et tibi reseruatam coronam adipisci perpetuam?

V Sed et custodes carceris, Processus et Martinianus, cum reliquis magistrianis et ex officio iunctis postulabant eum, dicentes: Domine, quo uis abscede, quia imperatorem oblitum tui iam credimus. sed iste iniquissimus Agrippa pelicum amore et intemperantia suae libidinis inflammatus perdere te festinat. si enim regis iussio te impeteret, Paulini, uiri clarissimi, cui te commendatum nos custodiendum suscepimus, de tua nece sententiam haberemus. nam postquam nos credentes in hac uicina Mamertini custodia, fonte precibus et ammirabili signo crucis de

[1] leuauerunt uocem *f* ‖ [2] modo *om f* ‖ [3] paratus esses morti *A* morti paratus esses *f* ‖ [4] pro salute nostra *f* | corroboretur *A* corroboremus *C* | te aliquantulum *f* ‖ [5] adullescente *C* | solicite *f* ‖ [7] in faciem *f* | morituri *BCD* | ac cadentes *BCD* procidentes *f* ‖ [8] dicentes *A* ‖ [9] pastor et pater *A* | post dominum tuum *BCD* | clementia (*om* in) *BCDGLf* ‖ [10] cur quos *f* | materno affectu *A* | nouiter *om A* recenter *f* | persarum *C* ‖ [11] quos *om f* | tam *om BD* | inmaturo *B* ‖ [12] nunquam *DEGf* | antea nunquam *f* | ante *E* | nos immanissimorum *f* | luporum morsibus *A* ‖ [13] etiam et *BCD* | conuersis *f* consparsis *C* ‖ [15] se *om f* ipse *A* | negaueras ad tempus *A* ‖ [17] et nunc *f* | nobis non *f* ‖ [20] ac martinianus *DGL* ‖ [21] magistrinianis *C* magistratibus *f* | ex officio (*om* et) *AL* | iunctis] cunctis ***suspicatur*** *Usener* ‖ [22] discede *L* ‖ [23] pelicum *sic ABCDGL* pellicum *f* meretricum *E* ‖ [24] perdere (*om* te) *L* ‖ [25] si enim te regis iussio *L* ***item sed*** iussione *f* iussio cęsaris *A* | impenderet (*om* te) *A* ‖ [26] nece *om BD* ‖ [28] Mamertini ***om f*** mamurtini *E* mam(e)rtini˙(e *in ras m 2*) *C* | ammirabilis *A* admirabili *BDEf*

rupe producto, in sanctae trinitatis nomine baptizasti. licentiose quo libuerat perrexisti et nemo tibi fuit molestus, nec modo esset, nisi incendium daemoniale quod urbem stimulat Agrippam acrius peruasisset. quapropter oramus te, salutis nostrae minister, hanc nobis digneris recompensare uicissitudinem, ut quia nos a peccatorum et daemonum uinculis absoluisti, a carcerali et compedum nexibus, quorum nobis est commissa immanitas, nostra non tantum permissione quam deprecatione liber in saluationem tantae plebis abscedas. Viduae quoque et orphani ac senio ualde affecti capillos sibi trahentes genasque scindentes et pectora denudantes dicebant: Alios quorum ministerio fouebamur, a diuersis languoribus sanasti et de ipsa etiam morte resuscitasti, et te nobis, pater piissime, subtrahis? uel ante te nos omnes praemitte, ne tuae institutionis doctrina destitutae animae pereant, et corpora ministrationis tuae solatio desolata intereant; et sic, quo ire desideras accelera festinare, ne uitam nostram post dominum mori uidentes, remanentes in uita miseri moriamur.

VI. Tunc Petrus haec undique audiens, qui ultra humanum modum misericors, lacrimas afflictorum sine lacrimis umquam praeterire non poterat, deuictus tantis fletibus ait: Nemo uestrum ueniat mecum; ego solus mutato scemate pergam. Proxima namque nocte celebrata oratione ualedicens fratribus et cum benedictione illos deo commendans profectus est solus. et dum pergeret, ceciderunt illi fasciamenta ex crure demolita a compede. ut autem portam ciuitatis uoluit egredi, uidit sibi Christum occurrere. et adorans eum ait: Domine, quo uadis? Respondit ei Christus: Romam uenio iterum crucifigi.

[1] baptizati *E* ‖ [2] libere *f* | et *om BCDG* | fuit tibi *f* ‖ [5] digneris] generis *C* | ut qui *f* ‖ [6] nexibus eruisti *BD* uinc. absolu. *om C* | tu ipse a carcerali custodia *BD* ‖ [7] ac compedum *Gf* | pedum *D sic et B (fuit* compedum *sed* com *erasa*) | uinculis *A* | inmanitas *C* ‖ [8] non tam . . . quam etiam *f* ‖ [9] solutus *A* | saluatione *AC* ‖ [10] seniores *E* | confecti *f* | genasque uellentes *f* ‖ [12] mynisterio *C* | de ipsa (*om* et) *A* ‖ [13] resuscitati *C* | piissime pater *A* pater *om B* ‖ [14] omnes nos *f* | instructionis *A* ‖ [16] solacio *C* | destituta *f* | et si sic ire *A* | ire *om f* coire *C* | quo ire et uelut desideras *GL* quo et uelut desideras *E* | accelerare festina *f* ‖ [17] festinare *om BCD* | nostram *om L* | et remanentes *f* ‖ [18] miseri *ante* remanentes *BCD* ‖ [19] undique haec *L* | hoc *C* | humanum *om f* ‖ [20] umquam *om C* unquam *ADL* nunquam *f* ‖ [21] non poterat praeterire *C* non *om f* | deuictusque *BCD* ‖ [22] peragam *A sed uide infra* ‖ [23] omni benedictione *A* ‖ [24] commendans deo *A* ‖ [25] illi *om BCD* ei *f* | a crure *A*

et ait ad eum Petrus: Domine, iterum crucifigeris? Et dixit ad eum dominus: Etiam, iterum crucifigar. Petrus autem dixit: Domine, reuertar et sequar te. Et his dictis dominus ascendit in caelum. Petrus autem prosecutus est eum multo intuitu atque dulcissimis lacrimis. et post haec rediens in se ipsum intellexit de sua dictum passione, quod in eo dominus esset passurus, qui patitur in electis misericordiae compassione et glorificationis celebritate.

VII Conuersusque in urbem rediit cum gaudio, glorificans deum et narrans fratribus quod ei obuius fuisset dominus, et declarasset ei quod in ipso esset iterum crucifigendus. qui cum manifestasset passionem suam, fletum omnes et ululatum emiserunt. dolebant enim uniuersi et lacrimas profundebant dicentes: Considera oues tuas, pastor bone, sustenta eos quorum fides infirmior tuo expetit roborari sermone. considera corda titubantia quae per te stabilienda noscuntur. Quibus Petrus ait: Facile est domino ut seruorum suorum corda etiam sine meae humilitatis ammonitione corroboret. quos enim plantauit ad hoc faciet adolescere, ut et alios possint plantare.

[2] ad eum *om BCD* | autem *om A* || [4] prosequutus *C* | cum multo intuitu *A* || [5] in se ipsum rediens *BCD* || [6] in eum *f* || [7] in sanctis suis ac electis *BCD* || [9] in urbe *C* || [10] dominum *CD* | enarrans *E* | quo *E* || [11] in eo *AB* | iterum *ante* in ipso *f* iterum esset *C* | quibus *Ef* || [12] passionem suam eis manifestasset *L* | omnes *om BCD* | eiulatum *C* || [13] enim *om f* || [14] bone pastor *C* | sustenta] considera *BCDGLf* || [15] expedit *f* adiutorio atque sermone *BCD* || [16] fore noscuntur *BCDE* (*sed uid* fore *sub ras fuisse*) *GL* | stab. erant *A* || [17] deo *D* || [18] humilitatis meae *BCD* | sermone *f* | ammonitione *cum ABCDGL* (*in rasura; fuit* ammonitionis) admon. *Ef* || [19] et *om A*

---

*inde a pag. 8, 6 sequuntur* Abdiae excerpta. 8, 6 Intellexit autem Petrus de sua passione hoc dictum, in quo Christus passurus esse uideretur, quem pati constat in singulis non dolore corporis, sed misericordiae contemplatione (compassione *c*) et pietatis affectu. itaque Petrus reuersus intra urbem Romam cum gaudio narrabat fratribus, quod ei obuius fuisset dominus Iesus (*om c*) et declarasset ei, quod in ipso esset iterum crucifigendus (quod in ipso esset *om a* quod in christo iterum esset *e* quod in ipso esset etiam crucifig. *c*). quibus cum manifestasset etc. = 5, 12. [13] profluebant *abde* || [14] pastor bone petre *e* | considera quorum fides infirmior | considera *alterum om c* || [15] infirmorum *e* | tuo sermone roborari expectat | rob. tuo serm. exp. *c* || [16] stabilienda sunt (sunt stabilienda *c*) || [17] facile est karissimi domino *e* || [18] etiam sine meae hum. admonitione *om* | corroboraret *d* | quos enim ipse || [19] ad hoc *om* | faciet et hoc ut et uos alios plantare possitis

ego autem quasi seruus necesse est ut domini exequar uoluntatem. quapropter si me adhuc in carne morari disponit propter uos, non contradico. et si me pati pro nomine suo decreuerit, et per passionem meam dignatur suscipere, exulto et laetor in gratia ipsius.

VIII Cum igitur his et | aliis multis uerbis fratrum animos | p. 69a BM consolaretur, et illi lacrimas tenere non possent, superuenit Hieros cum quatuor apparitoribus et aliis decem uiris, qui eum comprehendentes rapuerunt de medio fratrum et statuerunt uinctum Agrippae praefecti urbis obtutibus. cui ait Agrippa: Multa tibi est fidutia, scelerate, in plebibus quas circumuenis, atque in feminis quae tua persuasione a maritali thoro discedunt. ausus es etiam in deorum iniuriam nescio quem Christum inducere et contra sanctum ritum Romanum et contra urbis aeternae deuotionem nescio quae inepta et uana docere. Tunc facta est facies apostoli sicut sol splendida, et aperiens os suum dixit ad eum: Video quo tendis, dux libidinum, amator pollutionis, atrocitatis inuentor, innocentium persecutor, deceptorum fautor, fallaciae conditor, habitaculum satanae.

[1] ego enim *A* | tanquam *f* | obsequar *CDEGL* | uoluntati *L* ‖ [2] morari in carne *Ef* ‖ [3] propter uos *ante* in carne *A* ‖ [4] passionem (*om* per) *A* | meam *om* *ELf* me *BCD* | suscipere dignatur *E* | ac laetor *LG* ‖ [6] cum his igitur *f* ‖ [8] Hieros *scripsi cum f* ieros *AGL* leros *BCD* sacerdos deorum *E* | quattuor *BC* | app. ieros et aliis *E* ‖ [9] apprehendentes eum *A* | de fratrum medio *EGf* ‖ [10] praefecti agrippae conspectibus *A* | urbis praef. *C* ‖ [11] est tibi *f* tibi fid. est *C* | fidutia *hic et infra scripsi cum ABEG* audacia *f* | o scelerate *f* ‖ [13] es *om E* | in deorum etiam iniuriam *L* in Iudaeorum iniuriam *f* ‖ [14] et contra ius romanum *A* | contraque *A* ac contra *BCD* ‖ [15] per nescio quem *E* ‖ [16] aperiens Petrus *f* ‖ [17] ad eum *om L* ‖ [18] innocentum *A* | persequutor *C* ‖ [19] decipientium *f* deceptorum factor (*in margine add m 1 ut uid*) *C* | sathanę *AEL*

---

[1] obsequar uoluntati (uoluntatem *c*) ‖ [2] quapropter . . . contradico *om* ‖ [3] si enim pati me dignatur exultabo (-bor *d*) et laetabor in nomine eius ‖ [6] cum his igitur uerbis (igitur his *c*) | et aliis multis *om* ‖ [7] illi tamen lacrimas non possent tenere (lacr. continere non possent *c*) | superuenerunt quattuor apparitores (Hieros *om*) | quatt. app. missi a caesare nerone *e* ‖ [8] et aliis decem uiris *om* ‖ [9] rapuerunt de medio fratrum et *om* | statuerunt Agrippae praefecto urbis (urb. romae *c*) ‖ [10] qui ait (qui agrippa praefectus ait *c*) qui ait ei *e* ‖ [11] fidutia est (est fid. *c*) | scelerate *om* ‖ [12] tua persuasione *om* | a thoro matronali | discedere facis *c*) ‖ [13] ad romanorum iniuriam *ad* ‖ [14] contra sanctum ritum romanum *om ac* ‖ [15] devotionem sanctae urbis aeternae (sanctae urbis romae *d*) ‖ [17] ait ad eum ‖ [18] pollutionum ‖ [19] decipientium *c*

ignoras namque gloriam in qua glorior, et ideo dicis quod in uiris et mulieribus sit mihi fidutia. Et ait ad eum Agrippa: Quia scis me ignorare in quo gloriaris, fac cito me nosse. Et ait ad eum Petrus: Nulla sit mihi gloria nisi crux domini mei Iesu Christi, cuius ego sum seruus. Et ait Agrippa: Vis | f. 260$^{u}$ F ergo, ut crucifigaris sicut deus tuus est crucifi|xus? Petrus quoque respondit: Non sum dignus recta cruce mundum testem facere passionis meae; sed per quaelibet supplicia opto et desidero eius sequi uestigia passionis. Tunc praefectus, morbo incontinentiae suae praetendens superstitionis accusationem, crucifigi iussit apostolum.

IX Et ecce ingens subito concursus factus est diuersae aetatis et sexus, diuitum pauperum, uiduarum pupillorum, imbecillium atque potentum, qui summa uoce clamabant: Vt quid occiditur Petrus? quid admisit criminis? in quo laesit urbem? nec innocentem dampnare fas est. nonne timendum est, ne talis ac tanti uiri necem deus uindicet et nos omnes perire praecipiat? Et coeperunt in Agrippam saeuire populi,

[3] fac cito me nosse *ego scripsi* facito me nosse *BCDEGLf* fac me cito nosse *A* || [4] ad eum *om BCD* | nulla mihi est *BCD* | dom. nostri *CD* || [5] et ait ad illum *EG* ait ad eum *Lf* tunc *CD* || [5] uis inquit *BCD* || [6] crucifigaris *C* | dominus tuus *E* dominus deus tuus *f* | crucifixus est *A* || [7] respondit petrus (*om* quoque) *BCD* || [8] facere testem *BCD* | tormenta *A* || [9] passionis *om A* sequi uestigia passionis eius *f* || [10] superstitionis *om A* || [11] iussit apost. crucif. *A* crucif. ap. iussit *B* crucifigi fecit apostolum *f* || [12] ingens factus est subito concursus *A* conc. ing. sub. factus est *f* || [13] pupillorum *om A* pupillarum *E* || [14] potentium *CE* || [15] ammisit *G* | [16] urbem romam *L* | nec *om L* | nefas *L* | damnare *f* ledere fas est *A* | [17] tanti ac talis *f*

---

[1] ignoras tu *ade* (ign. enim *c* ign. tu mihi *b*) | in qua mihi *ce* in qua me mihi *ad* || [2] dicit agrippa praefectus *c* | praefectus agrippa *ad* || [3] in quo tibi gloriaris? (*om c*) scis quia ignoro facito me nosse (unde gloriaris f. m. n. *c*) || [4] nulla est | in cruce *c* || [5] seruus sum | et ait ad eum agrippa (agr. ad eum *c*) | uis ergo sicut dominus tuus crucifixus est ita crucifigi *b* ut sicut . . . ita (ut ita *d* ita et tu *c*) crucifigaris *acde* || [6] et ait ad eum Petrus (petrus ait *c*) || [8] per quaeuis suppl. (quaeuis *om c*) || [10] conscientiae *b* | accusationem] *ad* delata sententia a cesare nerone et senatu *e* || [11] apostolum iussit || [12] et ecce *om* | est factus (factus est *c*) utriusque sexus (et utr. s. *e*) || [13] conuenerunt diuites pauperes uiduae pupilli inopes ac potentes || [14] dicebant *c* || [15] quid (quo *c*) laesit urbem || [16] nec *om* | nefas | non timetur || [17] ne] quod *ad* | dominus (deus *c*) | omnes nos *c* || [18] praecipitet (*om* perire) *c* | populi saeuire

molientes illaesum rapere et conseruare Petrum; et inconditis uocibus plebis innumerae confundebatur Roma. tunc Petrus restitit modicum et ascendens editiorem locum nutuque ad silentium prouocans populum ait: O uiri et fideles dei, qui Christo militatis! o omnes, qui in Christo speratis! si caritas uestra in me uera est et uiscera integra in me pietatis ostenditis, nolite reuocare euntem ad dominum, nolite impedire properantem ad Christum. state ergo quieti, gaudentes et laeti, ut hostiam meam cum hilaritate domino offeram. hilarem enim datorem diligit deus. Et his dictis uix est sedata seditio et praefecti disceptatio. poterant enim et inhianter optabant multi populi praefectum euertere; sed timebant apostolum contristare, qui magistri sui sequebatur exemplum dicentis: 'Possum mihi nunc, si uolo, plus quam duodecim legiones angelorum exhibere.'

X. Peruenit denique una cum apostolo et apparitoribus populus infinitus ad locum qui uocatur Naumachiae iuxta obe-

[9] Prov. 22, 8; 2. Cor. 9, 7 || [13] Matth. 26, 53

[1] mollientes *D* | tumultuantibus uocibus plebis adinuicem *f* || [4] qui Christo militatis *om A* in christo mil. *L* || [5] omnes qui speratis in domino *A* || [6] pietatis in me *BD* || [7] ad deum *CD* || [9] domino cum hil. hostiam meam *A* | hylaritate *CL* | hylarem *CL* || [10] uix sedata est *A* est *om E* || [11] disceptio *E* discerptio *f* | inianter *E* | obtabant *D* || [13] populi *om BCD* | contristari *BCDGLf* || [14] duodecim milia legiones *E* | exhibere *tres priores literae in ras A* || [13—14] *pro uerbis* possum ... exhibere *restituit textum uersionis uulgatae* (Matth. 26, 53) *f*: possum rogare patrem, et exhibebit michi modo si uolo plus quam duodecim legiones angelorum | [16] appellatur *EGf* | naumacie *BC* naumatiae *DE* naumatię *L* naumacię *G* Naumachia *f* | oboliscum *E*

[1—2] molientes ... confundebatur Roma *om* || [3] stans modicum *c* | et omnem plebem (populum *c*) ad silentium prouocans (*om* ascendens ... nutuque) || [4—5] o uiri fideles ... speratis *om* || [7] me reuocare | ad dominum euntem (euntem ad dom. *c*) | me impedire *c* || [8] estote ergo | et *ante* laeti*om* | laeti] *add* orantes dominum *c* || [9] ei cum hylaritate *c* | domino *om* | offerre valeam *c* || [10] et *ante* his *om c* | uix sedata est sed. (seditio uix sedata est *c*) | *post* seditio *pergit:* non quod (quia *c*) non poterant (possent *c*) populi (*om c*) praefectum (ipsum *add b*) euertere || [12] sed quia apostolum timebant *c* | tristari *b* || [13—14] qui magistri ... exhibere *om* || [15] superuenit autem populus infinitus ad locum | agrippa autem crucem figi praecepit in loco qui dicitur nematia iuxta obeliscum neronis montem. superuenit autem infinitus populus inenarrabiles gemitus effundens et praefectum interficere cupiens. sed petrus respiciens populum flentem *c* || [16] qui appellatur | naumachia *ad* naumachiae *b* naumatie *e*

liscum Neronis in montem. illic enim crux posita erat. et respiciens flentem populum et iterum seditionem excitare uolentem, ait uoce clara: Nolite, obsecro uos fratres, oblationem meam impedire, nolite aduersus Agrippam saeuire et amaro animo in eum esse. ille enim minister est alienae operationis. nam dampnationis meae secundum corporis qualitatem diabolus auctor est, dominica abutens permissione, quia dolet uasa contumeliae per me sibi sublata esse et facta esse diuersoria continentiae, templa Christi, domicilia honoris et gratiae. itaque, fratres mei et filii, obedientes estote, quia per reuelationem a domino Iesu Christo proditum est mihi quod ita esset uenturum. non ergo est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. festino itaque ut carne exutus assigner domino. nunc enim tempus est in quo et meam offeram hostiam. mementote signorum et prodigiorum atque sanitatum, quae Christo operante et me ministrante uidistis et sensistis. ideo enim plurimorum infirmitates curatae sunt ut omnium animae saluarentur. ideo mortua corpora suscitata sunt ut animae mortuae

[12] Matth. 10, 24

[1] in *om L* | in monte *f* | illuc *BCD* | ei crux *BCDGL* et crux *E* | erat crux posita *A* ‖ [2] populum flentem *A* ‖ [3] clara uoce *f* | uos *om CD* ‖ [4] uersus *f* ‖ [5] in eum *om A* | sathanę et al. oper. *L* ‖ [6] damnationis *AGf* ‖ [8] esse sublata *BDEGL* ‖ [11] euenturum *f* futurum *A* ‖ [12] est ergo *A* ‖ [14] ut (*in ras*) et meam *A* | et *om f* | offero *CD* hostiam offeram *A* ‖ [15] prodigiorum atque signorum seu sanitatum *A* ‖ [16] ac sensistis *f* ‖ [18] et mortua *BCD* | mortuae animae *BCDEGL*

[1] in *ante* montem *om* | illic ei | illic enim iam crux ei *c* | posita est (parata erat *e*) | et respiciens flentem populum et uolentem seditionem incitare (excitare *e*) | et uol. sed excitare *om c* ‖ [3] ait ad eos uoce summa (ait *om* ad eos uoce summa *c* ait ad eos supplici uoce *e*) | fratres *om* (fratres *pro* uos *c* obsecro uos karissimi *e*) | iter meum *c* ‖ [4] et amaro animo in eum esse *om* ‖ [5] est *om b* | operationis sathanae *c* ‖ [6] nam damnationis . . . auctor est *om c* | secundum corporis qualitatem *om* ‖ [7] dominica abutens permissione *om* | qui dolet *c* ‖ [8] esse sublata (allata *om* esse *c*) | diuersorium | diuers. continentiae *post* templa Christi *c* ‖ [9] domicilium *abcd* | gloriae *c* ‖ [10] ob. estote christo *e* ‖ [11] domini Iesu Christi | mihi a domino manifestatum est *c* | prod. mihi est *bde* | futurum *c* ‖ [12] est ergo *be* ‖ [13] festino . . . ass. domino *om c* ‖ [14] *post* nunc *om* enim *ad* | nunc ergo *be* | me ipsum hostiam domino offeram *c* | et *ante* meam hostiam *om ce* | hostiam offeram ‖ [15] signa et prodigia (signorum et prodigiorum *c*) | atque sanitatum *om* | Christo *om b* ‖ [16] te *pro* et me *c* | et sensistis *om* ‖ [17—18] ut animae omnium hominum saluentur *a* | animae omnium . . . susc. sunt corpora ut *om per homoeotel b* | *pro* ut animae omnium . . . reuiuiscerent *habet c tantum* et multa corpora suscitata sunt | animae *primo loco om d* ut omnium hom. animae uulnerate saluentur *e* ‖ [18] ideo et mortua *e* | suscitata sunt corpora (corp. susc. sunt *e*) | mortuae animae

reuiuiscerent. sed quid iam moras patior et non appropinquo cruci? ualete, fratres et patientes estote et seruate | quae audistis. | p. 69b BM commendo uos domino Iesu Christo.

[1] requiri *cum ABCELSΓ* inquiri *DFGMNRVTf* quaeri *m* | praedicatores m. i. r. *AS* regis illius famulos (*om* magni) *DFGf* magni illius fam. (*om* regis) *HV Paris 5357* | regis *ante* illius *R* | milites illius regis *BCE* milites magni illius regis *LΓ* || [2] *post* edictum *in marg add* illos *N m 1* | omnes christi milites *ante* sine interr. *DG* | milites christi sine interr. *MR* || [3] *huc usque cod F collatus* || [4] scrutatione multa *E* | publicae (*om* rei) *M* regis publicae *R* | et *eras in M* | apostaticae *NT* apothecae *om D* || [5] factoribus *E* | complurimi *HV Paris 5357* cum plurimis *NT* || [6] ante praesentiam *MR* | *huc usque cod Paris 5357 collatus* || [7] consuetudinaria . . . dext: alia *BCEL* | consuetudine *NT* | pro fide christi *MR* | pro *om NT* || [8] catenis ducitur *NT* | cui omnes *M* qui o. *DG* (*sed* q *in D ex* c *corr*) in quem *f* que (*in ras*) *V* || [9] ita *MR* | sine] sicut *in ras N* | inditio *sic ABCDEGS* indicio *HLMNRTVΓf* | potuisset *M* posset *R* || [10] agnoscere *M* aduertere nero *R* | ipsum paulum *DGf* | magni illius *NT* || [11] intelligens *ADELRSTVf* intelligens igitur *D* intelleges *in rasura M*[1] intellegens ergo *m 2* | ipsum *Mf* eum *R* | seruorum christi *BCf* || [12] ad illum *NT* | magni] nescio cuius *f* | meis uero aspectibus uinctus *DG* || [13] introire latenter *cum EHLΓf* latenter introire *BCm* | latenter *om ADGMNRSTV* | in *om BCELΓf* | roman. regnum *E* || [14] illi *cum ABCELRSΓf* tibi *DGH MNTV* | milites *om f* | de principatu mil. meae *R* de princ. meae mil. *M* || [15] paulus uero *BCELMΓf* | cui paulus ait *R* | respondit *M* | repletus . . . ad Caesarem *om MR* | spiritu sancto repl. *BC* || [16] in aure *cum ADGSV* in aures *EHLNTΓf* in auribus *BC* | aderant *BC* | potuerant ad. *DG* || [17] milites coll. *BC* | milites] *add* regi nostro iesu christo *NT* || [18] hoc autem *M* enim *om G* | mihi praec. est *DGNT* praec. mihi est *Mf* mihi praec. (*om* est) *R* | ut ex omni gente ad militiam aeterni regis

ex omni gente militare uolentem aeterno regi meo repellam. potens est enim omnium dominus cunctis larga manu secundum cuiusque meritum dona ditissima dispensare. si enim et tibi uisum fuerit in illum credere et ei fideliter obedire, non te paenitebit. caeterum noli putare, quia diuitiae huius saeculi, splendor aut gloria saluare te debeant; sed si subiectus illi fueris, in perpetuum saluus eris. cum enim uenerit iudicare uiuos et mortuos, deuastabit huius mundi figuram per ignem, et ante mundi constitutionem parata et a saeculis occulta militibus suis donatiua, quae numquam deficient et quae omnem excludent indigentiam, largietur.

VII Haec audiens Nero et ira succensus, quia mundi figuram per ignem Paulus dixerat resoluendam, iussit omnes Christi milites igne cremari, Paulum autem senatus consultu tamquam maiestatis reum capite secundum Romanas leges truncari; tradiditque eum Longino et Megisto praefectis atque Acesto centurioni, ut illum extra urbem ducentes et populo spectaculum de eius occisione praebentes decollari praeciperent. quibus Paulus sine intermissione uerbum praedicabat salutis. ministros etiam et apparitores per omnem ciuitatem et circa regionem cum uelocitate Nero diaboli exagitatus operatione direxit, qui summa diligentia perscrutarentur latitantes et manifestos simul

milites eligam idoneos *BC* ‖ [1] uolentem *om M* | meo regi *LN* meo *om MT* | aet. regi uolentem meo *R* | repellere praesumam *R* ‖ [2] enim *om L* | omnium *om f* | deus *pro* dominus *R* ‖ [3] cuiusque cor bona *L* | togam (t *in ras*) ditissimam *E* | frequenter dispensare *R* | si uero *M* | enim *om L* | et *om R* ‖ [4] fideliter illi *MR* | ei *om DG* ‖ [5] certe *MR* | quod diuit. *f* ‖ [6] et splendor gloriae *DGMR* et splendor aut gloria *E* aut splendor aut gloria *m* aut gloria (*om* splendor) *BC* splendor et gloria *HV* spl. ac gloria *NT* | te *om NT* | possint *MR* ‖ [7] deo fueris *MR* | cum autem *f* | enim *om L* ‖ [8] dissoluet *f* | huius mundi figuram *cum AHS* mundi huius figuram *DEGMNRTVf* figuram mundi huius *BCLΓ* ‖ [9] mundi huius constitutionem *RT* | et a saeculis occulta *om MR* | abscondita *DGf* occulta *om E* ‖ [10] et quae omnem excl. indig. *om MR* ‖ [11] excludunt *EΓ* | largietur *post* deficient *Γ* | *huc usque codd GH Paris 5322 collati sunt* ‖ [12] et *om CNT* | mundi huius *MNT* ‖ [13] apostolus *Lf* | omnes *om DMR* ‖ [14] Christi *om ANSTΓ* | o. mil. christi *CE* | concremari*Df* | uero *R* | senatu *NT* | consulto *NRSTVf* ‖ [15] humanas leges *E* | leges romanas *MRm* | capite truncari *sed* capite *exp E* | truncari iussit *R* ‖ [16] eum *om MR* | megesto *ER* | longino praef. et egestio (*om* atque Acesto) *m* | praefectis *om Γ* | cesto *BCELΓ* ‖ [17] ducerent *NT* ducentes *om AS* | ex populo *V* ‖ [18] de eius occ. spectaculum *MNRT* | decollare *M* ‖ [19] praedic. uerbum *D* uerb. salutis praedicabat *E* | min. uero *D* ‖ [21] cum uelocitate *om MR* | direxerat *f* ‖ [22] scrutarentur *M* scrutantes *R* | et latitantes ac manifestos *NT* | manifestatos *f*

interficerent Christianos. unde tam multiplex occisa est turba Christianorum, ut populus Romanus palacium uirtute irrumperet et seditionem contra Caesarem excitare moliens proclamaret: Pone modum, Caesar, iniustissimae iussioni! tempera furorem irrationabilem! sufficiat saeuitiae quod crudelitatis metas transcenderit. nostrates homines sunt quos perdis, Romanum tuentur imperium. aufers, Caesar, Romanam uirtutem, quae militum tantorum frequentia terribilis cunctis gentibus existebat. Tunc Nero clamores populi expauescens aliud edictum proposuit, ut nemo auderet contingere Christianos nec quicquam eis inferre molestiae, donec relatio plenissimae cognitionis ex delatione cuiusque referretur ad Caesarem.

VIII Quapropter Paulus iterum eius est oblatus aspectibus. Nero autem ut eum uidit, uehementissime exclamauit dicens: Tollite, tollite maleficum, decollate impostorem, nolite sinere uiuere carminatorem, perdite sensuum alienatorem, auferte de superficie terrae mentium immutatorem! Ad quem Paulus ait: Nero, tempore modico patiar ego; sed uiuam in perpetuum deo meo et regi aeterno domino Iesu Christo, qui uenturus est iudicare orbem terrae in conflagratione ignis. Nero dixit

[2] uirtute] ui *f* | uirtute palacium *MR* | palacium uirtute irrump. et *om NT* || [3] contra Caesarem *om NT* | excitans *MR* excitare *om C* | excitare sedit. moliens *NT* || [4] inuictissimae iussionis tuae *N* | tuae *item add T* || [5] irrat. furorem *f* | crudelitas *E* | transcenderat *V* transcendis *Df* conscenderit *NT* || [6] nostrae gentis *MR* | sunt homines *R* | narrantes hom. sunt *NT* | et romanum *M m 2* romanorum *D* || [7] tuerentur *NT* || [8] militium *L* | tantorum militum *MR* | cunctis gentibus terribilis *MR* | existit *R* || [9] Nero] uero *CM* (*man 1 sed correxit m 2*) *V* | clamorem *NV* clamore *Tf* | populorum *D* | proposuit edictum *MR* | edictum . . . contingere *om Γ* || [10] Christianos contingere *ES* | ne quicquam *V* || [11] molestiae inferre *Tf* | dilatio *M* delatio *DR* | ex delatione cuiusque *om MR* | ex dilat. plen. cogn. relatio cuiusque *NT* || [12] cuiusque] eius *S* | deferretur *R* ferretur *L* referreretur *V* || [13] iterum paulus *L* iterum est eius aspectibus praesentatus *MR* | conspectibus *BCEΓ* | conspectibus eius *E* | oblatus est *CDE* | aspectibus obl. est *f* || [14] autem *om BC* | eum *om E* | clamare coepit *MR* || [15] tollite *semel f* | tollite tollite magum tollite maleficum *NT* | ne sinatis *MR* nec sinite *NTV* || [16] criminatorem *V* carnitorem *NT* | perdite sensuum alien. *om MR* | sensus *V* || [17] de super faciem *V* | uiuentium *C* | cui paulus ait *BC* || [18] tempore] *add* quidem *M m 2* | modico *om NT* | ego *om f* || [19] cum deo meo *DΓf* | et rege *DΓf* | aeterno] *add* regi *A* | domino *om BCMRSf* | iesu christo *m 2 eras M om BC* || [20] iud. uiuos et mortuos et orb. terrarum *M* uiuos et mortuos (*om* orbem terrae) *BCL* | terrae *cum ADEf* terrarum *MNRSTVΓ* | flagratione *f* | nero itaque dixit *Df*

| p. 72a BM Lon|gino, Megisto et Acesto: Auferte celerius ab illo caput, et sic sibi de uita perpetua blandiatur sentiatque me regem inuictum, qui eum uinxi et occidendo deuici. Paulus uero ait: Vt scias, Nero, me post decollationem meo regi inuicto aeternaliter uiuere, te autem uictum qui nunc putas te uincere, cum mihi caput abscisum fuerit, uiuus tibi apparebo, et cognoscere poteris quia mors et uita famulantur domino meo Iesu Christo, cuius est omne regnum et cui uoluerit dabit illud et omnis uictoria est illius et quem uult uincere facit magnifice triumphare, et ipse solus inuictus est rex in aeternum. Et his dictis ductus est Paulus ad supplicium.

IX Cum autem duceretur, Longinus et Megistus atque Acestus dixerunt ad illum: Dic nobis, Paule, ubi est rex ille | f. 263r F et ubi apparuit uobis et qua|liter cognouistis eum et quid uobis contulit aut conferet boni, quod sic ardentissime eum diligatis uos Christiani, quatinus nullo pacto religioni nostrae uelitis accommodare assensum, ut uiuatis ac bonis huius uitae fruamini, sed potius omni delectamento iocundius pro illo mori

[1] megisto longino *f* | megesto *E* | acesto *om* et *f* ac cesto *BCLSΓ* et accesto *A* et cesto *E* | ab illo celerius *Mf* | ab eo cel. *NT* ‖ [2] perpetua *om L* | aeterna *Df* | blandiatur perpetua *S* | sententiaque *R* ‖ [3] inuictum] *add* esse *B* | eum *om V* | Paulus uero ait *om C* ‖ [4] post decollationem me *E* | me Nero *f* | meo *om BCER* | regi meo *S* ‖ [5] nunc *om f* | te *om MR* me *V* ‖ [6] abscissum *RSf* | absc. fuerit caput *BCLf* absc. cap. fuerit *EVΓ* | apparebo tibi *L* | et tunc cogn. *A* ‖ [7] famulentur *S* famulantur, *sed* e *superscr. A* | iesu chr. regi inuictissimo *NT* ‖ [8] et omnis uictoria . . . rex in aeternum *om A* | cuius est omne . . . est illius] qui solus est inuictus rex in aeternum *BC* ‖ [9] illius est *ENST* est illi *M* | facit uincere *MR* | eum magnifice facit triumphare *BC* facit magnificum triumphatorem *NT* | facit *om S* | magnificeque *MR* ‖ [10] et ipse solus . . . in aeternum *om BC* | et *alterum om C* ‖ [11] ad suppl. paulus *NT* ‖ [12] megestus *E* ‖ [13] ac cestus *ABELSΓ* atque accestus *V om C* | illi *A* ad eum *MRVf* | rex uester iesus *NT* | ille *ante* rex *N om T* ‖ [14] apparuerit *f* | agnouistis *C* | eum *om f* | uel quid *BCMR* ‖ [15] attulit uobis *MR* | uel conferet *M* aut quid conferet *R* aut quid uobis conferri *Γ* aut quid uobis conferet *f* aut conferre uobis promisit (*om* boni) *NT* | quod *scripsi cum AMRSf* ut *BCDELNTVΓ* | tam ardentissime *R* | artissime *E* certissime *BC* | eum diligatis *cum BCDELNTVΓ* eum *ante* ardentissime *AS* dilig. eum *MR* | diligitis *f* ‖ [16] ut nullo pacto *f* | religioni nostrae nullo pacto *E* | uestrae *C* ‖ [17] accommodare *scripsi cum ARS* commodare *BCELMNTVΓf* commodari *D* | consensum *R* | ut uiuatis . . . fruamini *om MR sed iidem testes post* ducatis *add* quam uiuere et nobiscum huius uitae bonis perfrui (bonis uit. hui. *R*) | et uiuatis *BCE* ac uiuatis *f* | uitae huius *NTΓ*

uariis tormentis ·ducatis. magnus enim nobis uidetur error iocunditatem odisse ac uitam, et toto desiderio paenas amplecti ac mortem.

X Paulus uero ait: O uiri cordati atque sensu bono uigentes, relinquite tenebras ignorantiae et erroris, quarum caligine obnubilatur intelligentia uestrae nobilitatis ne uerum quod in uobis latet uidere possitis, et conuertite mentis oculos ad aeternam et ueram lucem, ut ualeatis prius uos ipsos cognoscere, et sic ad cognitionem regis illius cum laetitia peruenire atque ab igne uniuerso orbi superuenturo salui et illaesi permanere. non enim, sicut uos putatis, alicui terreno regi militamus, sed deo uiuo, regi caelorum et omnium saeculorum, qui propter iniquitates quae fiunt in hoc mundo ueniet iudex et iudicabit illum per ignem. felix autem erit homo qui crediderit in eum: habebit enim uitam aeternam et uiuet in omnia saecula. et infelicissimus ille quo non infelicior ullus, qui contempnens diuitias bonitatis et longanimitatis ipsius non conuertitur ad eum: nam periet in aeternum. propter hoc namque de caelo in terram descendit qui caelum et terram

[1] uariis torm. mori *R* | ducitis *R* | nobis *om DV* iste *f* | uidetur] est *D* ‖ [2] iocundam odisse hanc uitam *Df* | et uitam *MR* | ac uit. od. *LNT* | toto desiderio *om hoc loco MR* ‖ [3] et mortem *EMRSΓf* | mortem] *add* tanto desiderio *MR* ‖ [4] uero *om MR* | cordati atque *om BC* bono sensu *BCDEMNRT* ‖ [5] et *om NT* | quarum *om NT* ‖ [6] intelligentiae uestrae nobilitas *BCELNTf* | et uerum *Γ* | ut uerum lumen *M sed* lumen *in ras a 2 m superscr* ‖ [7] quod in uobis latet *om M* | in uobis est *R* | in nobis *NT* | et *om DVf* | conuertere *NT* | mentis uestrae *NT* ‖ [8] ueram et aeternam *M* aeternam et *om R* | ut ualeatis] debetis *NT* | uos ipsos prius *M* uos ipsi prius *R* ‖ [9] agnoscere *R* | agnitionem *M* imaginem *R* | illius regis *MR* regis ipsius *E* ‖ [10] et ab igne *R* | uniuersum orbem *BC* | orbe *Γ* ‖ [11] manere *ELΓ* | regi terreno *BCELNSVΓ* ‖ [13] iniqu. nostras (*sed* nostras *uidetur expunctum*) *E* iniquitatem *V* | quae sunt *L* | *post* ueniet *rasura in M,* hunc *m 2 suppleuit* | ueniet (hunc $m^2$ *add*) mundum iudicare per ignem *M item, sed* hunc mundum *om R* ‖ [14] iudicabit saeculum *BC* iud. illos *NT* | omnis homo *NT* | credit *R* ‖ [15] in illum *MR* | habebit enim . . . infelic. ille *om MR* | enim] autem *L om CNT* | omnia *om D* | in saecula saeculorum *BC* in omnia saec. saeculorum *f* ‖ [16] et infelicissimus ille . . . per. in aeternum *om BC* | et infelicissimus ille quo non inf. ul.] sed illo non infelicior ullus *M* (sed illo *in ras a 2 m suppl*) | quo non infel. ullus *om NT* ‖ [17] diuitias *om R* | bonitatis eius *AS* | bonitatis *post* longanimitatis *Γ* | ac longan. *E* | illius *BCDMNRTV* eius *f* ipsius *scripsi cum AELSΓ* ‖ [18] conuertetur *f* | periet *scripsi cum AELSΓ* peribit *BCDMRVf* non apparebit (*om* nam) *NT* ‖ [19] namque] nempe *R* ergo dei filius *BC* | in terram *om BCMR*

fecit, et ad hoc factus est homo qui fecit hominem, ut homo conuersus ab iniquitate sua, relinquens uana et simulacra muta quae nefandissime satis pro deo colit, seruiat ei qui fecit illum et adoret eum quem tremunt angeli et omnes caelorum potestates adorant. quod cum factum fuerit, faciet illum uerum adoratorem atque cultorem suum consortem et socium angelorum suorum, spirituum uidelicet sanctorum ac beatorum. nec inmerito, quia spiritus est deus, et eum qui illum in spiritu et ueritate colit et adorat sanctis spiritibus socium faciet; illum uero qui in eum credere recusauerit, socium et complicem reddet iniquorum daemoniorum in tormento et aeterni incendii concrematione: ad quem ignem perpetuum transmittet illum refugam, id est ignem uenturum, per quem deus est orbem iudicaturus.

XI Quapropter, uiri sapientes, apud se prudentia uestra diiudicet quis fecit mundum, quoniam sine factore non prodiit.

[8—9] Joh. 4, 24

---

[1] et *om BC* | factus ipse est *f* | qui fecerat hominem *MR* ‖ [2] et relinquens *MRΓ* relinqueret *BC* | et muta simul. *CN* ‖ [3] satis nefand. *MR* satis *om DLVf* | seruiatque *C* seruiet *L* | illi *ENT* | illum fecit *BCDELV* eum fecit *NT* ‖ [4] adorent *L* | potestates caelorum *DMRT* potestates caeli *E* omnis potestas angelorum *N* uirtutes caelorum *V* ‖ [5] quod cum factum fuerit *om NT* | faciet *scripsi cum MNT* faciat *ABCD ELRSVΓf* qui faciet *NT* | fac. ipsum *S* fac. eum *E* ‖ [6] *post* adoratorem *M a 2 m in ras* sui atque cultorem consortemque ac *sed M*[1] *uidetur legisse* adoratorem socium angelorum suorum (*om* atque . . . consortem) | adoratorem suum cons. (*om* atque cultorem) *B* | adoratorem et *CR* cultorem suum *om NT* suum *om DERV* | consortemque sui *DEV* atque consortem sui *NT* consortem *om A* | suorum angelorum *f* | sanctorum ang. atque omnium caelestium uirtutum *BC* ‖ [7] suorum . . . deus et eum *om BC* | sanctorum ac *om R* | non inmerito *R* ‖ [8] deus est *V* | eum] illum *DMR* | qui adorat et colit eum in spir. et uer. *MR* qui deum in sp. et uer. colit et adorat *BC* | illum *post* qui *om LS* ‖ [9] eum socium *BC* | facit *NT* ‖ [10] qui in illum *R* | reddat *Γ* reddet *om D* | [11] iniquorum *om BC* | in tormento aeterni incendii faciet (*om* concrematione) *D* in tormento et aeterni incendii concremationem *V* in aeterni incendii concremationem *NT* in tormento aeterni iudicii concrematione *R* in tormento aeterni incendii ad concremationem *f* ‖ [12] ad quem ignem . . . iudicaturus *om BCDR* | atque ignem perpetuum *f* atque in ignem perp. *NT* ‖ [13] id est ignem uenturum *scripsi cum NT* idem uenturus *M* idem ignis uenturus *AELSΓ* id est ignis uenturus *V* hic est ignis uenturus *f scholion margini adscriptum suspicatur MBonnet* | orbem est deus iud. *M* deus orbem est iud. *Γ* deus est iud. orbem *f* ‖ [14] uiri prudentes ac sapientes *NT* | apud uos *BC* ‖ [15] qui fecit *V* | fecerit *BC* | quoniam] quia *AS*

perpendite quis fecit hominem, quia ut diuina testantur oracula non ipse se fecit. attendite quia simulacra uana non sunt dii sed hominum factura et daemonia in eisdem facturis latentia. quae licet in hoc concordari uideantur quia unanimiter perditionem humani generis cupiunt, sibi tamen inuicem modis diuersissimis dissident. 'Non est enim pax impiis', dicit dominus. in causa namque est illud, cur homines festinant perdere et sibi socios in paenis habere, quia sciunt in caelestem habitationem homines ascensuros per dei gratiam, unde ipsi spiritus ceciderunt per superbiam. uiri urbani, sensu cognoscite quia deitatis nomen per plures nequaquam diuiditur, quoniam unus deus a quo omnia, et unus dominus Iesus Christus per quem sunt omnia, et unus spiritus sanctus in quo consistunt uniuersa, cui fideliter fidelia obtemperant omnia, et non est scisma in diuinitate quia caret pluralitate. attendite, ciues Romani, unde discordia nata fuerit, et qua ratione accrescens sic longe lateque miserabiliter adoleuerit, et cur tam multiplicia non numina sed mi|serabilia emerserint deorum portenta, uide- | p. 72b BM
licet quia multi coeperunt uelle fieri principes ac tyranni et dominatores, non vitiorum sed hominum suae naturae consortium, unde ignorantiae tempestate demersi et baratro elationis

[6] Jes. 48, 22 ‖ [12—13] 1. Cor. 8, 6

[1] et perpendite *NT* | perp. qui fecit *f* quis fecerit *BC* quis plasmauit *MR* | quia] quoniam *MR* | oracula] eloquia *N* ‖ [2] se finxit *R* ‖ [3] facta *C* | in eisdem latentia (*om* facturis) *A* in eis latentia *NT* ‖ [4] uidelicet *N* | concordare *DMNRTV* | unianimiter *N* ‖ [5] generis humani perditionem *BCE* | concipiunt *BC* | tamen *om T* | inuicem *om EMR* ‖ [6] modis diuersis *BCDMRΓ* uariis modis *f* | indubitatissime diss. *f* | discedunt *NT* dissipent *V* | non enim est *R* | impiis pax *DELMNRVΓf* ‖ [7] dominus deus *AS* | incusas namque illud (*om* est) *D* in causa namque illa *M* | illud *om f* | festinent *NTV* ‖ [8] uidelicet quia *D* ‖ [9] ascendere *E* | per gratiam dei *N* ‖ [10] cecidissent *BC* | superbiam *cum ADNST* suam superbiam *BCELMRVΓ* superbiam suam *f* | sensum *f* ‖ [11] diuinitatis *f* | non diuiditur *N* | nequaquam per plures *R* | quia *BCMR* ‖ [12] unus est deus *Γ* | a quo sunt omnia *f* | et unus dominus Iesus Christus per quem sunt omnia *om per homoeot L* | per quem omnia (*om* sunt) *AS* ‖ [13] et unus sanctus spiritus *BC* ‖ [14] cui fideliter . . . omnia *om NT* | fidelia *om MRVf post* obtemperant *C* | omnia obtemp. *BC* | non est enim *D* | schisma est *BC* ‖ [16] nata sit *D* | accrescens *om D* ‖ [17] sic *om L* | miserabiliter *om DMNRTV* | cur] cui *R* ‖ [18] non *om NT* | minima *EV* nomina *NT* | sed] et *NT* | mirabilia *D* | emerserunt *BCENRSTΓf* | idolorum *AS* ‖ [19] ac *om T* et *N* | de tyrannis *L* ‖ [20] sed super suae (*om* hominum) *D* ‖ [21] unde in ign. temp. *f* | dimersi *NRΓ* | baratro] bathro *emendat Usener* a baratro *Γ* in barathrum *f* | suae elationis *R*

suae deiecti unusquisque potestatis suae deum aut mutuauit aut statuit. unde et dicitur, quia 'primus in orbe timor creauit deos'. ad tantam miseri homines peruenerunt dementiam ut sic miserrimos homines sibi deos constituerent, quibus fierent similes ut mortem pessimam deuitarent. sed et quidam eorum, quoniam non probauerunt deum habere in notitiam, traditi sunt in uoluntates suas, ut exercerent illa opera quae leges Romanae puniunt cum execratione, et impletum est in illis, quod dictum est uerbis sanctissimis: 'Similes illis, inquit, fiant qui faciunt ea'. fecerunt enim sibi deos miseros et facti sunt ipsi miseri atque ad tantam sunt insaniam deuoluti ut trunco ligni dicant: deus noster es, et lapidi: adiuua nos, stipitemque fabrefactum adorent, qui eius sunt astulis calefacti.

XII Ad haec multae audientium turbae eleuantes uocem in planctum dixerunt: Errauimus, peccauimus, inique egimus, doctor salutis ac ueritatis et aeternae uitae ostensor, miserere nostri, ut eruamur a laqueis peccatorum et possimus euadere

[2] 'primus in orbe deos fecit timor' Statius Thebaid. III 661 *cf* Petronii fr. XXVII Buecheleri || [6–7] Rom. 1, 28 || [9] ψ 113, 8 || [11–13] Jer. 2, 27

[1] deiecti *om* *C* | deiecti . . . potestatis suae *om per homoeotel* *Γ* | potestati *CEL* | deum] dominacionem *V* | mutauit *NT* || [2] unde et dicitur . . . deos *om* *f* | quapropter dic. *D* | unde (*om* et) *MR* | prius *CE* | timor in orbe *C* | timorem uocauit deum, hoc est quia ad tantam *NT* || [3] ad tantam enim *DM* et ad tantam *ELRΓ* et in tantam *BC* nam ad tantam *f* | homines miseri *A* | deuenerunt *BC* || [4] sic *eras in* *M* | miseri *pro* miserrimos *NT* | constituerent deos *MR* | quibus fuerint similes *V* | quibus fieri similes *ELNTΓ* quibus similes fieri nollent *D* quibus similes fieri uellent *f* quibus in morte essent similes *R* || [5] non deuitarent *D* euaderent *M* | et *om* *M* || [6] quoniam *om* *N* | habere deum *f* | in *om* *M* | in notitia *Lf* | tradidit illos *D* || [7] uoluptates *Mf* | opere *C* || [8] impletur *V* | praedictum *ELMV* impletum *ex errore repet* *N* (*sed* tum . . . uerbis *in ras m*[2] *suppl*) *T* | quod dicit psalmista (*om* uerbis sanctissimis) *BC* | quod dictum est . . . similes illis *per homoeot om* *Γ* || [9] inquit illis *M* inquit *om* *BCRV* | illis *om* *E* | faciunt ea] *add* et cetera *C* || [10] enim *om* *L* | sibi *om* *NT* | miseros deos *f* | atque *om* *BC* || [11] in tantam *V* | ad tantam itaque *BC* | insaniam sunt deuol. *MR* sunt deuol. insaniam *BC* | ligneo *f* ligno *R* | dicant ligno *NT* | tu es deus noster *V* d. n. tu es *f* || [12] adiuua me *N* | stipitemque . . . calefacti *om* *BC* | fabrefactam *A* | adorant *Ef* || [13] qui eius] quorum *N m*[2] *in ras* | hastulis *L* astutiis *NT* stipulis *E* | facti *NT* || [14] audientium *om* *D* audientium multae t. *NT* | uoces *T* || [15] in planctu *BC* cum planctu *DMRf* planctu *S* | peccauimus errauimus *MR* errauimus *om* *NT* | iniqua *T* | iniq. gessimus *N* || [16] tu doctor *BC* | ueritatis et salutis *MR* | et uitae aeternae *MR* ac aet. uitae *C* | salutis et aeternae uitae ac ueritatis ost. *Df* | miserere (*in compend*) *V* | nostri *om* *V* | prospiciare nobis *f* || [17] ut possimus *NTV*

ignem, quo exuretur mundus et quisque cruciabitur infidelis et pessimus. Tunc Paulus ait: O uiri fratres, quorum deus cor suo spiritu tetigit, state uiriliter in fide. nam ministri aeternae salutis aderunt a quibus baptizabimini, et bene perseuerantes in caritate domini nostri Iesu Christi salui eritis in aeternum. Longinus quoque et Megistus et Acestus secretius alloquentes apostolum dixerunt: Rogamus te, domine, fac nos adscribi in militia regis aeterni, ut possimus uenturum ignem euadere et regni perpetui participes fieri: et dimittemus te, uel quocunque potius decreueris pergere, erimus tibi itineris comites et usque ad mortem parentes. Quibus Paulus dixit: Fratres mei, non sum profugus sed miles legiti|mus regis mei. si enim scirem | f 363u F quia morerer et non potius ad uitam et gloriam per hanc mortem peruenirem, non solum facerem quae rogatis, sed ego hoc a uobis deposcerem. nunc autem non in uacuum cucurri per multas passiones, nec sine causa patior. nam restat mihi corona iustitiae, quam reddet mihi cui credidi et de quo certus existo quoniam ad illum uado et cum ipso ueniam in claritate sua et patris ac sanctorum angelorum iudicare orbem terrarum. propterea mortem istam contempno et uestram petitionem

[15] Phil. 2, 16 || [16—17] 2. Tim. 4, 8

---

[1] et quo quisque *D* | euacuabitur *NT* | infoelix *f* || [2] ac pessimus *DVf* | cor deus *DR* | dominus *CELNf* || [3] suo *om L* | suo respectu *D* | fideliter *Df* | nam *om Γ* || [4] baptizamini *NV* baptizemini *BC* || [5] in fide et caritate *N* | in aeternum *om V* in perpetuum *NT* || [6] et *prius om EMNSTV* | atque acestus *D* accestus *superscr* et *A m 2* et cestus *BCELΓ* | secretius] et cretius *B* et creatius *C* || [7] ad apostolum *V* | domine *om NT* || [8] aeterna militia *R* | aeterni regis *D* | uel possimus *S* | ignem *om S* || [9] dimittimus *NST* | uel *om NTf* | ut *S* | ut possis qu. decr. pergere *f* | potius quocunque decreueris *BCELΓ* quocunque decr. potius *M* quomodo decr. potius *R* || [10] et erimus *f* erimusque *NT* | comites itineris *L* | tui itineris *BCDf* itineris *om V* | et *om V* || [11] tibi parentes *Df* | ait *BLMRf* | respondens autem Paulus dixit eis *NT* | non solum prof. *N* || [12] regis aeterni *V* || [13] quod mor. *f* | et non possem per hanc uitam et gloriam inuenire (*om* mortem) *R* | et ad gloriam per mortem uenirem *NT* || [14] non solum *om NT* | facerem quod dicitis (*om* sed ego . . . deposcerem) *NT* | sed ego hoc uos dep. *M* | uobis dep. (*om* a) *Df* || [15] cucurri p. m. *cum AS* per multas pass. cucurri *BCDLMNRTVΓ* p. m. tribulationes cuc. *Ef* || [16] pati cupio *f* || [17] victoriae *BCDELMΓf* | de qua *Cf* || [18] quo uado (*om* ad illum) *NT* | ad ipsum *f* cum illo *DMR* | ueniam] *add* cum ueniet *f* || [19] et sanctorum *BDMRTVf* || [20] istam mortem *V* | et uestrae peticioni *R*

ut abscedam non obaudiam neque faciam. Illi uero flentes dixerunt ei: Quid ergo acturi sumus? quomodo te punito uiuemus et ad illum in quo nos credere persuades peruenire ultra ualebimus?

XIII Et cum haec inter se loquerentur et populus multus uoces in altum ederet, misit Nero Parthenium quendam et Feritam milites, ut uiderent, si iam Paulus esset occisus. qui aduenientes reppererunt eum adhuc uiuentem et turbas diutissime alloquentem. quos Paulus ad se euocans dixit: Viri, credite in deum uiuum, qui et me et omnes, qui in eum credunt, a mortuis suscitabit. At illi respondentes dixerunt: Ad Caesarem prius ibimus renuntiantes, et cum perfectum fuerit pro quo missi sumus, et cum mortuus fueris et resurrexeris, tunc credemus tuo regi. tu autem explica moras quibus iussionem differs, et uade ad destinatum locum ubi sententiam merito dictatam suscipias. Paulus quoque dixit eis: Commoratione mea in carne plus uos indigetis, si credere uultis, quam ego qui ad uitam per mortem uado. sed iam pergamus exultantes in nomine domini nostri Iesu Christi.

XIV Cumque ad locum pergerent passionis comitantibus populorum turbis innumeris, uenit ad portam urbis Romae.

[1] ut abscedam *ante* non obaud. *cum BCEMNTVΓf post* obediam *R om AS* abscedendo *post* obaud. *D* | obediam *R* audiam *f* | neque faciam *om R* ‖ [2] ei *om BC om m 1 suppl in marg m 1 uel 2 A* | ergo *om V* | et quomodo *D* ‖ [3] uiuere poterimus *R* | et aiunt ad illum *V* | in quem *BCELVΓf* | nos suades (*om* credere) *R* ‖ [4] iam ultra *BCDELNTVΓf om* ultra *R* ‖ [6] in altum uoces *R* | extolleret *MR* tolleret *f* ederent *V* | parthemium *CLMNRV* partemium *BDEΓ* parphenium *T* ‖ [7] firitam *BC* feritum *R* feritas *S* pheretam *Df* | milites *om E* | occisus esset *MT* mortuus esset Paulus *R* ‖ [8] uenientes *MR* | ad turbas *V* | diuitissime *L* diuinissime *BCΓ* lucidissime *MR* | docentem *M* praedicantem *R* | diutiss. populum alloqu. *Df* ‖ [9] alloquentem . . . qui et me *om Γ* | euocans *cum AS* uocans *BCLMNTV* aduocans *DEf* conuocans *R* | ait *DMRf* ait illis *Df* dixit eis *EL* | uiri fratres *Df* ‖ [10] et *prius om CDERf* | et me et *om NT* | credent *BCE* (e *altera in ras*) crederent *Γ* ‖ [12] omnia renuntiantes *TVf* | renuntiantes ei *MR* | et *om ELNRSTΓ* | peractum *f* ‖ [13] atque cum tu *BC* | resurrexeris] *add* ut dicis *Df* ‖ [14] credemus *cum BCDEL MNRTΓf* credimus *ASV* | regi tuo *BCL* | iussisti differre *NT* ‖ [15] perge *R* | ubi] ut *R* | merito *om L* ‖ [16] dictam *V* | suspicias *L* | paulus uero *BCMR* | eis *om C* | commorationem meam *N* commemoratione *M*[1] *sed* me *m 2 eras* ‖ [17] mea *om T* ‖ [18] sed et iam *Lf* | exultanter *D* gaudentes *MR* ‖ [19] nostri *om MR* ‖ [20] cum beatus paulus ad l. pergeret *B* ‖ [21] populorum turbis *cum BCDELMNTVΓf* turbis populorum *R* populorum *om AS* | innumeris *om E* | romanae *CL*

ubi habuit obuiam nobilissimam matronam, nomine Plautillam, apostolorum feruentissimam dilectricem et religionis diuinae cultricem, quae flens eius se coepit orationibus commendare. ad quam Paulus ait: Vale, Plautilla, aeternae salutis filia! commoda mihi pannum quo caput tegis, et secede paululum in partem propter plebis impedimentum, me hic expectans donec reuertar ad te et tibi restituam beneficium. ligabo enim mihi oculos uice sudarii et tuae dilectioni amoris mei | pro Christi | p. 73ª BM nomine pignus ad illum pergens relinquam. Quae festinato pannum porrexit et ut apostolus iusserat oboediuit. insultabant autem ei Parthenius et Feritas dicentes: Quid credis impostori et mago? cur perdis pannum optimum, non tantum per eum in saeculo lucratura? Paulus uero dixit ad eam: Etiam, filia, hic praestolare aduentum meum. et signa mortis meae in panniculo tibi afferam cum Christo uicturus.

XV Interea Longinus Megistus et Acestus dum instarent obnixius pro salute sua, inquirentes modum qualiter ad ueram uitam possent pertingere, audierunt a beato apostolo: Fratres et filii mei, mox ut ego fuero decollatus et uos ac caeteri ministri interfectionis meae a loco in quo me dominus uocare dignabitur recesseritis, uiri fideles rapient et sepelient corpus

1 obuiam habuit *BC* | pautillam *LMRV et sic deinceps* ‖ 2 delectricem *R* ‖ 3 uenerabilem cultricem *MR* | dilectricem . . . cultricem *om NT* | ei se caepit (*om* orationibus) *MR* eius orat. se commendabat *V* ‖ 4 sic ait *NT* | uade *DMRΓf* uale *ex* uade *corr. C* ‖ 5 commenda *C* | maforam qua *BCL* mafortem *hic et uersu 10 scribere uult HUsener* | recede *NT* sede *M* sedens *R* ‖ 6 in parte *N* | in partem . . . impedimentum *om R* | impedimenta *f* | expecta me hic *R* me hic expecta *NT* ‖ 7 ad te reuertar *BC* | et restituam tibi benefitium *DR* et rest. benef. tibi *V* | enim *om L* ‖ 8 sudarii uice *NT* | dilectionis *RV* | pro Christi nomine pignus mei amoris pergens ad illum *MR* ‖ 9 relinquam *om V* | festinans *NTV* ‖ 10 maforam *BCL* | et ei *f* | ut eidem apostolus *D* ut ipse apostolus *f* ‖ 11 ei] et *f* | parthemius *CLMNRV* partemius *BE* | firitas *BC* pheretas *Df* | feritas] *add* milites *N* ‖ 12 per illum *MRV* pro illo *NT* | es in hoc saeculo *NT* ‖ 13 lucrata *V* | ad illam *N* ‖ 14 hic *om Rf* ‖ 15 tibi afferam in panniculo ego *BC* | offeram *DN* ‖ 16 et *ante* Meg. *add DLM* | megestus *CE* | atque acestus *D* acestus (*om* et) *S* accestus (*om* et) *A* et accestus *V* et cestus *BCELΓ* | dum orarent *MR* d. intrarent *C* d. interrogarent *D* ‖ 17 obnoxius *MNRT* obnoxii *V* | modum] *add* pro se *R* ‖ 18 possent *cum AMRSf* potuissent *BCDELNTVΓ* | attingere (adt.) *MNRTV* | fratres mei et filii *MR* ‖ 19 decollatus fuero *E* | et *om f* | uos *om M¹ sed m 2 superscr* | ac caeteri *om MR* et caeteri *f* et *om V* ‖ 20 meae] mecum *NT* | in quo . . . dignabitur *om MR* | dominus *cum BCDELNTVΓf* deus *AS* ‖ 21 dignabitur *om Γ* | uenient *MR*

meum. uos autem notate locum sepulchri mei, et cras ualde diluculo illuc uenite, ibique inuenietis duos uiros orantes, Titum et Lucam: quibus dicetis qua de causa uos misi; et illi uobis dabunt signum salutis in domino. nolite igitur dubitare exequi quod uobis imperatum est, quoniam statim ut credentes sacro fonte fueritis intincti et diuinorum mysteriorum uiuificatione sacrati, ab omnibus peccatorum contagiis et ab hoc etiam quod uereremini in me perpetrato scelere incunctanter purgati eritis et super niuem dealbati, in serie Christi militum adscripti et caelestis regni efficiemini cohaeredes.

XVI Et his dictis peruenit ad passionis locum: ubi ad orientem uersus tensis in caelum manibus diutissime orauit cum lacrimis hebraice et gratias egit deo. cumque patrio sermone consummasset orationem, ualedicens fratribus benedixit eos, et ligans sibi de Plautillae maforte oculos, in terram utrumque genu fixit et collum tetendit. spiculator uero bracchium in altum eleuans cum uirtute percussit et caput eius abscidit. quod postquam a corpore praecisum fuit, nomen domini Iesu Christi hebraice clara uoce personuit; statimque de corpore eius unda lactis in uestimento militis exiliuit et postea sanguis effluxit. stola uero qua sibi ligauerat oculos, cum eam quidam

[1] sepulture mee *S* | ualde mane *NT* ‖ [2] illuc] ad me *N* | uenietis *f* | titum uidelicet et lucam *D* ‖ [3] ipsi *R* | dabunt uobis *N* ‖ [4] signa *f* | igitur *om M* | dubitare *om R* ‖ [5] imperatum est *cum ACS* est imperatum *BDEMNRTVΓf* est *om L* | sacro fonte *cum BCDELMNRTVΓf* sacro *om AS* ‖ [6] diuinorum inisteriorum *NT* ‖ [8] reuerimini *D* ueremini *M* reformidatis *f* | in me *om D* | scelere perpetrato *DELNTVΓf* ex scelere perpetrato *NT* | inconstanter *NT* ‖ [9] ac super *f* | atque in serie *M²* ac in serie *Df* in seriem *NT* in sorte *R* | militum Christi *A* | descripti *E* | et *alterum om NT* ‖ [10] caelesti regi *AS* regni caelestis *L* | cohaeredes effic. *MR* | efficiamini *R* ‖ [12] ad caelum *MR* | orauit cum lacrimis hebraice *cum AD* cum lacrimis orauit hebr. *BCELMNRSTVΓ* cum lacr. hebr. orauit *f* ‖ [13] et *om V* | deo gratias egit *BC* | cum *f* ‖ [14] consumasset *N* | fratribus] omnibus *C* | benedixit eos *om D* | et benedixit *V* | eis *m 2 superscr AE* ‖ [15] ligans (*om* et) *M¹* ligansque *M m 2* | sibi *om V* | maforte *cum A* (*sed* f *erasae* u *superscr*) *DS* maphorte *f* mafora *BCELMRΓ* maphora *V* mapula *NT* | in terra *DENTVf* | genu utrumque *M* | utruque genu fixi *R* ‖ [16] flexit *N* flexi *C* | in alto *N* ‖ [17] erigens *AS* | bracchia eleuans *f* bracch. eleuans in altum *BC* | cum tota ui *f* | eum percussit *D* | amputauit *MR* ‖ [18] quod cum . . . fuisset *BCL* | praecisum a corpore *R* | domini *om E* Iesu Christi domini *BLΓ* domini nostri Iesu Chr. *CTVf* domini Iesu (*om* Christi) *R* ‖ [19] cl. uoc. pers. hebraice *E* ‖ [20] uestimenta *BCDENTVTf* uestimento *ex* ueste *corr m 1 uel 2 A* | exiluit *f* insiliuit *R* | post eam *BCE* ‖ [21] defluxit *Df* | stolam *D* | uitta *f* | ea *V*

uellent rapere, non comparuit: tanta etiam lucis immensitas et odoris suauitas in momento illius decollationis caelitus ibi emicuit, ut mortalium oculi splendorem illum sufferre et humana lingua odorem narrare nequiuerit. uidentes autem omnes qui aderant gratiam dei in beato apostolo, admirati sunt ualde, laudantes et confitentes in multam horam dominum Iesum Christum, aeternum et inuictum regem, quem praedicauerat magnificus doctor et magister gentium.

XVII Reuertentes uero qui missi fuerant accelerare interfectionem eius, peruenerunt ad portam ciuitatis, ubi inuenerunt Plautillam laudantem et glorificantem dominum in omnibus quae audiuit et uidit per eius sanctum apostolum. et interrogauerunt eam cum irrisione, cur caput suum non operiret de maforte quam praestiterat suo Paulo. quae accensa calore fidei cum magnanimitate respondit: O uani et miseri, qui credere nescitis, quae oculis ui|detis et manibus attrectatis! uere | f. 264r F habeo eundem quem illi porrexeram pannum, de infusione gloriosi sui sanguinis preciosum. nam de caelo ueniens innumerabilium candidatorum caterua comitatus illum mihi uera-

[1] uellet *MR* | rapere uellent *f* | nusquam comp. *NT* | tanta enim *N* | immensitas lucis *B* | lucis suauitas et odoris immensitas *R* odoris suauitas fragrauit et lucis immensitas *f* | et odoris suauitas *om T* || [2] in mom. decollationis eius *R* | immomento *S* || [3] ferre *AS* sufferre non possent *NT* || [4] odorem narrare neq. *cum ASV* narrare odorem neq. *BELΓ* narrare nequiuerit odorem *Df* neq. narrare odorem *C* narrare neq. (*om* odorem) *MR* tantae suauitatis odorem narrare nequiuerit *NT* | nequerint *B* nequiuerint *V* nequierit *M a 2 m in rasura* || [5] tantam gratiam *NT item M m 2 in M*[1] *omnia post* ade *usque* gratiam *euanuerunt* | dei *om BDMNRTV* | in b. Paulo *R* | ammirati *CLNRTV* || [6] per multam horam *DS* per multam moram *f* per multas horas *MNRTV* | dominum nostrum *EMR* || [7] Christum *om CT postea add N* | et *om L* || [8] gentium] *add* paulus *MRf* || [9] reuertentes autem *NT* | iussi *f* | mortem eius et interfectionem *N* || [10] ibi *V* || [11] plautillam *hoc loco et infra etiam L* | deum *R* | in omnibus *om D* et replicantem *MR* || [12] quem audierat *D* | uidit *om Γ* et uidit *om CDMNRT* | per s. eius apost. *MRVf* per s. ap. eius paulum *BC* | et cum interrogarent *V* || [14] maforte *cum ADS* maphorte *f* mafora *BCELMRΓ* maphora *V* mapula sua *NT* | quem *C* | praestauerat *BDMNTV* | sancto *C* apostolo paulo (*om* suo) *D* suo *ante* praest. *R om NTf* | quae *om R* | fidei calore *BC* || [15] magna animi uirtute *MR* | o miseri et uani *MR* | quia *N* || [16] cernitis *AS* uidistis *NT* | attractatis *E* adtrectastis *NTV* | uere enim *Df* || [17] quem ei *MR* | maforam *BC* || [18] sui gloriosi sanguinis *ET* sui gloriosissimi sanguinis *N* gloriosi sangu. sui *BC* sanguinis sui (*om* gloriosi) *f* eiusdem gloriosi cruoris *MR* | cum innumerabili *BC* innumerabili *DELMRΓ* innumerabilis *V* innumerabilia *NT* innumerabilium *scripsi cum ASf* || [19] circumdatus *MR* | illum *om BC* | ueracissime *om BC* uera-

cissime rettulit, et rependens gratiam pro benignitate in eum habita dixit: Tu mihi Plautilla in terris obsequium praestitisti; ego te quantocius ad caelestia regna pergentem deuotissime obsequar. in proximo namque pro te reuertar et tibi inuicti regis gloriam demonstrabo. Et extrahens Plautilla pannum a sinu roseo perfusum sanguine illis ostendit: qui nimio pauore correpti gressu concito perrexerunt ad Caesarem, quae uiderant et audierant nuntiantes.

XVIII At ille cum audisset miratus est horrifice, et ingenti stupore attonitus coepit de his quae nuntiata sunt ei cum philosophis et amicis atque ministris reipublicae, seu et cum his quos habere poterat ex senatu conicere, atque confabulationis sermonem cum timore et confusione sensus habere. dumque haec inuicem mirarentur et secum quaererent, uenit Paulus circa horam nonam ianuis clausis stetitque ante Caesarem et
| p. 73ᵇ BM ait: Caesar, | ecce ego Paulus, regis aeterni et inuicti miles; uel nunc crede, quia non sum mortuus, sed uiuo deo meo. tibi autem, miser, non post multum tempus mala ineffabilia imminent et supplicium maximum, atque aeternus restat interitus pro eo quod inter caetera flagitia pessima multum sanguinem iustorum effudisti iniuste. Et haec dicens repente disparuit. Nero siquidem his auditis ultra quam dici possit timore

cissimus *MTf* ueracissimum *LV* | [1] gratias *MR* | beneficio . . . habito *AS* | in eo *T* meo *N* || [2] praeparasti *MR* praestauisti *T* praestasti *N m*[1] praestitisti *corr m*[2] || [3] ego tibi *DLMNRTVf* | quamprimum *f* | caelestia *om f* | regna *om LT* | pergenti *DLMNRTVf* | officiosissime *f* || [4] enim *MR* | tibique *R* | inuicti regis gl. *cum ARS* gloriam regis inu. *NT* regis inu. gl. *BCDELVTf* regis inu. speciem et gloriam quam tantopere optas *MR* || [5] demonstrabo perpetuam *NT* | extendens *V* | pautillam *V* || [6] ostendit illis *MR* | illius *V* | quo *C* || [7] conterriti *MR* | peruenerunt *R* | [9] cum audisset . . . coepit *om BC* | horrifice *cum AES* honorifice *TV item N a 1 m* (*sed m 2 corr* horrifice) ualde *DMRf* || [10] de iis *f* | ei *om BC* | et *pro* ei *R* || [11] seu *om BC* et *om NR* | cum iis *f* || [12] poterat habere *NT* | potuerat *ET* | ex senatu *om MR* | conferre *MR* conquirere *Df* | confabulationes sermonum *C* || [13] cum tim. et tremore atque (ac *D*) confus. *DMNRTVf* | confusionis *NRT* | sensu *N* | dum enim haec *DNTVT* dum haec enim *E* dum autem haec *MR* dum haec *Lf* || [15] stetit *V* | ante neronem *D* | dixitque *NT* || [16] Caesar *om NT* o Caesar Nero *f* | inuictissimi *DNTT* || [17] crede miser *Vf* | mortuus non sum *D* | miser *om f* || [18] non post multum tempus *om V* | temporis *CELTf* | multa mala *V* | inenarrabilia *f* || [19] magnum *NT* | teque aeternus manet *f* | sempiternus *NT* || [20] eo (*om* pro) *f* | in caetera *N* | flagitia tua *f* | mult. sanguinis *f* || [21] sanctorum *NT* | repente *om M* || [22] Nero siquidem *cum BCDEMNRTT* nero quidem *V* nero uero *AS* Nero autem *f* potest *NRT*

perculsus et uelut amens effectus, ignorabat quid agere potuisset. suadentibus uero amicis iussit Patroclum ac Barnabam et eos qui uincti erant cum illis soluere atque quo uellent abire.

XIX Longinus denique, Megistus et Acestus, sicut eis constituerat Paulus, primo mane uenientes ad sepulchrum eius, uiderunt duos uiros orantes et in medio eorum stantem Paulum. qui pertimescentes in uisu admirabili horruerunt et reueriti sunt accedere propius. Titus autem et Lucas in se ab extasi orationis reuersi, uidentes praefectos atque centurionem qui ministri fuerant necis Pauli ad se properantes, humano timore subrepti in fugam uersi sunt; et Paulus euanuit ex oculis eorum. illi uero post eos clamauerunt dicentes: Non, ut suspicamini, beati dei homines, ideo uenimus, ut uos persequamur ad mortem, sed ut nos credentes per aquam baptismatis ad uitam transferatis aeternam, sicut nobis uerus doctor Paulus promisit, quem ante modicum in medio uestri stantem et orantem conspeximus.

[1] percussus *TV* percussus est *R* perculsus est *D* | ueluti *f* | agere potuisset *cum BCELNTVΓ* agere posset *DMR* ageret *AS* agendum illi esset *f* || [2] suad. ergo *f* | iussit nero *NT* | patroclo *N* | et barn. *RTf* | barnabam et patroclum *C* | barnaban *DNSTV* | et eos *om V* || [3] fuerant *AS* cum illis erant uincti *NT* | cum eis *DR* | solui *MNRTVf* absolui *D* | cum illis *post* solui *M* | atque *om V* | liberos abire *f* || [4] *inde a cap. XIX codd FGHIKOPQUWXΔΘ Paris 5296. 5322. 5323. 5357. 10864. 11753. 11757. 14301. 16737. 17630 Vat 377. 1188 Sessor 49 Bern 94 Florentini octo rursus collati quibus accedit Monac 4631* | longinus quoque denique *O* | ac meg. *DFGK* et meg. *RW* | megestus *E* meistus *Q* | et cestus *BCEILΓ Paris 5296* atque acestus *DGf Paris 11753* atque accestus *Paris 5357* et accestus *FK* (*sed prima* c *exp*) *V Vat 1188 Sessor 49* accestus *AS Paris 5322. 5323* | ei *P* (*a 2 m*) *U* | constituerat eis *N* || [5] apostolus *DGf* paulus apostolus *O* || [6] uiros] iuuenes *OP post* uiros *add* titum scilicet et Lucam *NQTUX* | stantem *om NQTX* || [7] timescentes *C* pertimescentes *Q* | corruerunt *MR* timuerunt *W Paris 11753* | ueriti sunt *MNQRTXΔΘ Vat 1188* reformidauerunt *f* || [8] propius accedere *R* propius ire *M* | proprius *V* | in se *om NQTX post* orationis *f* || [9] orationis *om E* | centuriones *NQTUWX* || [10] necis sancti apostoli pauli *O* | necis Pauli fuerant *f* fuerat *Q* | terrore *f* || [11] correpti *DΔΘf* subrecti *FGUV* | conuersi *DFGKRf* | atque Paulus *BCI* | ab oculis *NQTUX* || [12] illi autem *NQTU* || [13] dei homines (*om* beati) *C* beati homines (*om* dei) *MRU* | prosequamur *FPVΔΘ Paris 5357. 10864* | non ad mortem *V* || [14] credentes nos *DFGHOPQTUVWXΔΘf Paris 5357 Vat 377. 1188 Monac 4631* | nos *om MR* || [15] nobis *om OP* | nos . . . misit *NQTUX* | uerus magister et doctor *N* | Paulus *om ARS Paris 5322. 5323* | promisit *post* conspeximus *MR* uerus d. p. nobis promisit *V* promisit Paulus *f* || [16] paulo ante *f Bern 94* | uestri *cum AMOP¹RSf al* uestrum *BCDEFGH IKLNP²QTUVWXΓ Paris 5357 Vat 377. 1188 Bern 94 Monac 4631*

Haec namque audientes ab eis Titus et Lucas steterunt cum multa laetitia et gaudio spirituali, imponentes eis mox manus et dantes signaculum sanctificationis perpetuae, sicque ieiunio usque ad uesperam percurrente baptizati sunt in nomine domini nostri Iesu Christi, cui cum patre in unitate spiritus sancti est honor et gloria, uirtus et imperium in omnia saecula saeculorum. amen.

[1] haec (*om* namque) *MR* haec autem *DFGKΔf* | ab eis *om MRΔ Monac 4631 Sessor 49* | cum magna laetitia *C Monac 4631* || [2] gaudio spiritali *BKOPQSUVW Paris 5322. 5323. 5357. 11753. 14301 Monac 4631* spiritali gaudio *MR Bern 94* spirituali gaudio *DFGKLf* | et imponentes *N* | mox eis *E* mox *om BCIR* || [3] sanctitatis *NQTUX* | in ieiunio percurrentes *OP item sed* in *om W* | ieiunium . . . percurrentes *MNQRTUX* ieiunium . . . percurrente *Paris 14301* || [4] ad *om W* | uesperum *QSU Paris 11757* | praecurrente *f* || [5] nostri *om OP* | cui] qui *X* | est *post* cui *MR* | et in unitate *NQX* | et spiritu sancto *A Paris 5322. 10864* et cum spiritu sancto *S Paris 5323. 16737* || [6] omnia *om EMR* | per omnia *CNQTUX Paris 10864* || *sub finem add* explicit passio sancti pauli apostoli *ALSΓ Paris 5322. 5323. 16737* explicit martyrium sancti pauli apostoli *BI Paris 5296* ego marcellus seruus dn̄i mei petri apl̄i et eiusdem discipulus quod uidi scripsi *N* finit martyrium sancti pauli apl̄i a lino ēpo romano greca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum *C* martyrii beati Pauli apostoli a Lino papa graece scripti orientalibus ecclesiis traditi et subinde in latinum conuersi finis *f*

# Actus Petri cum Simone.

I Pauli tempus demorantis Romae | et multos confirmantis || f. 327r in fide, | contigit etiam quendam nomine | Candidum, uxorem Quarti a praeclu|sionibus, audire Paulum et intueri | sermonibus illius et credere. cum|que et ipsa maritum suum docuisset, | et credidisset, Quartus permansit | Paulo, ut ubi uellet iret ab urbe. | cui dixit Paulus: Si fuerit uolumtas | dei, ipse mihi reuelauit. Et ieiunans | triduo Paulus et petens a domino quod | aptum sibi esset, uidit itaque uisionem, | dicentem sibi dominum: Paule surge et qui | in Spania sunt corpori tuo medicus | esto. referens itaque fratribus quae | deus praecepisset, nihilque dubitans | in eodem erat ut proficisceretur ab ur|be. incipiens autem Paulus exire, mag|nus fletus factus est circa frater-| nitatem omnem, propter quod crede|rent se amplius Paulum non uisuros, | ut et uestimenta sua conscinderent, || f. 327u praeterea ante oculos habentes | quod saepius Paulus conmisisset cum | doctoribus Iudaeorum et conuicis|set eos: Christus enim, in quem patres ues|tri manus inmiserunt, et sabbatu | eorum dissoluebat et ieiunia et fe|rias et circumcisionem, et doctri- |

[1] *inscriptionem ex iis quae in clausula libri leguntur restitui. in margine inferiore m 2 addidit*: puto quod iste hactus petri et pauli et si|<mo>nis apocrifus sit . . . . . . l . . . . *uersus alterius a bibliopega maximam partem dissecti pauca tantum uestigia supersunt. quae desunt G. Gundermann quantum potuit suppleuit. in margine superiore leguntur manu 2:* iste liber apocrifus est || [11] pr[a]ecepisset *corr man 1 uel 2*

---

[3] quendam *uide quae in prolegomenis de hac forma scripta sunt* | *corrige* Candidam || [6] *pro* permansit *expectare possis* persuasit || [7] uolumtas *pro* uoluntas *apud nostrum hoc uno loco scriptum* est || [8] *scil* reuelabit. *est enim tempus futurum* || [10] *ante* qui *inserendum est* eis | *pro* corpori tuo *conicio* conparituros || [16] conmisisset] *conquisisset* (*συνεζήτει*) *suspicatur MBonnet* || [18] sabbatu *accusatiuus est* = sabbatum. *scilicet* m *litera saepe abicitur*

nas hominum dissoluebat et cete|ras traditiones. Lucebant autem | fratres Paulum per aduentum domini nostri Iesu Christi, ut annum plus non | abesset, dicentes: Scimus tuam di|lectionem circa tuos fratres, ne nos | obliuiscaris cum perueneris, et inqui|pias abrelinquere nos tamquam par|uulos sine matre. Et cum diu lacri|mantes rogarent eum, sonus de cae|lis factus est, et uox maxima dicens: | Paulus dei minister electus est in mi|nisterium tempus uitae suae; inter | manus Neronis
|| f. 328r hominis impii et ini|qui sub oculis uestris consummabi|tur. Timor autem magnus plus inuasit || in fratribus propter uocem quae de | caelis uenerat; et multo magis con|firmati sunt.

II Optulerunt autem sacri|ficium Paulo pane et aqua, et oratio|ne facta unicuique daret. in quibus | contigit quendam nomine Rufinam, | uolens itaque et ipsa eucharistiam | de manibus Pauli percipere. cui Paulus | spiritu dei repletus accedenti dixit: | Rufina, non tamquam digna accedes | ad altarium dei, surgens a latere non | mariti sed moechi, et dei eucharistiam | temptas accipere. ecce enim satanas | contribulato corde tuo proiciet te | ante oculos omnium credentium in | domino, ut uidentes et credentes sciant | quoniam deo uiuo, scrutatori cordium, | crediderunt. si autem penitueris | in facto tuo, fidelis est, qui possit pec|cata tua delere ab hoc liberare pec|cato. si autem non paenitueris, | cum adhuc in corpore es accipiet
|| f. 328v te | ignis uastatur et tenebrae exte|riores in omnia saecula. Et confes|tim Rufina a sinistra parte a capite | usque ad ungues pedum contormi|nata cecidit. cui nec potestas da|ta est loquendi: lingua enim eius | obligata est. haec autem uiden-|tes et credentes in fidem et ne|ofiti, pectora sibi tundebant me|morantes pristina sua peccata, | plangentes et dicentes: Nescimus, | si nobis deus pristina peccata quae | gessimus remittat. Tunc Paulus | silentium petens dixit: Viri fratres, | qui nunc credere coepistis in Christum, | si non permanseritis in

15 *in margine man 2:* qui ?? solutus accedit ?? || 30 *in marg m 2:* nota

1 lucebant] urgebant *ego conicio* uolebant *H Usener* uincebant *G Gundermann* lugebant autem fratres <et adiurabant> Paulum *M Bonnet* *interpretem latinum graecum uerbum ἐλιπάρουν male reddidisse suspicatur G Goetz* || 4 *post* perueneris *addendum uidetur* in Spaniam || 5 inquipias *pro* incipias *hoc uno loco occurrit* || 12 *pro* et *altero scribe* ut || 13 quendam *cf supra* quendam Candidam || 16 accedes *pro* accedis || 21 penitueris *hoc loco codex*; *sed paulo infra* paenit. || 22 *post* delere *inserendum uidetur* et te || 24 uastatur *id est* uastator

pristi|nis operibus uestris et paterne | traditionis, et abstinueritis uos | ab omni dolo et iracundia et seui tia et moecia et conquinamenta, | et a superbia et zelo, fastidio | et inimicitia, demittet uobis Iesus | deus uibus quae ignorantes egistis. | || f. 329r quamobrem, serui dei, armate uos || unusquisque interiorem hominem | uestrum pacem, aequanimitatem, | mansuetudinem, fidem, caritatem, | scientiam, sapientiam, amorem in | fraternitatem, hospitalitatem, | misericordiam, abstinentiam, casti|tatem, bonitatem, iustitiam. tunc | habebitis in aeterno ducem uestrum | primogenitum totius creaturae | et uirtutem in pace cum dominum nostrum. | His autem auditis a Paulo, rogabant | eum ut oraret pro eis. Paulus autem | alleuauit uocem dicens: Deus aeternus, | deus caelorum, deus numinis inenarra|bilis, qui confirmasti omnia uerbo | tuo, qui uinculum inligatum omni | saeculo induxisti gratiae tuae, | pater filii tui sancti Iesu Christi, oramus | te inuicem per filium tuum Iesum Christum, | confortare animas quae tunc in|credibiles erant, modo autem fide|les. tunc blasphemus eram, modo | autem blasphemor; tunc eram per-|| f. 329v secutor, modo ab aliis persecutionem | patior; tunc inimicus Christi, modo amicus | oro esse. confido enim in repromissio|nem ipsius et misericordiam; fidelem | me esse existimo et priorum delicto|rum remissionem accepisse. propter | quod et uos, fratres, hortor credere | in dominum patrem omnipotentem, et in | dominum nostrum Iesum Christum filium ipsius | spem omnem habere, credentibus in | eam. et nemo uos euellere poterit | de repromissionem ipsius. pariter | genua flectentes commendate me | domino, incipientem ad aliam gentem pro|ficisci, ut gratia ipsius precedat ante | me et profectionem meam bene con|ponat, ut possit uasa sua sancta et fide|les excipere, et gratias agentes prae|dicanti mihi uerbum domini bene funda|ri. Fratres autem diu lacrimantes | et praecantes dominum cum Paulo et di|centes: Tu domine Iesu Christe, esto cum | Paulo et in pleno nobis eum consti||tue. scimus enim nostram infirmita|tem, || f. 330r quae est in nobis usque adhuc.

.III Orando autem plurima turba mulierum | geniculantes

1 uest$^{r}$is *corr man 1*

1 paterne *pro* paternae *ut saepe* || 2 moecia *id est* moechia || 3 conquinamenta *per calami lapsum pro* conquinamento *scriptum* || 4 demittet *pro* dimittet | uibus *scil* uiuus || 15 gratia tua *expectat HUsener* || 25 *post* habere *lacunam suspicatur MBonnet* | credentibus in eum *cum sequentibus coniungit GGundermann* | eam] *corrige* eum

rogabant beatum Paulum, | et osculantes pedes eius deduxerunt | in portum. sed Dionisius et Balbus | ab Asia, aequites Romani, splendidi ui|ri, et senator nomine Demetrius | adherens Paulo ad dexteram eius | dicebat: Paule, uelle fugere ab urbe, | si non essem magistratus, ut a te non | discedere. Item de domo Caesaris | Cleobius et Ifitus et Lysimachus et | Aristeus, et duae matronae Bereni|ce et Filostrate cum praesbytero | Narcisso postquam deduxerunt eum | in portum, tempestate autem maris | inminente, remisit fratres Romae, | ut si quis uellet descenderet et audi|ret Paulum usque dum nauigaret. | quo audito fratres ascenderunt in | urbem. referentibus fratribus qui | in urbe || f. 330u manserant, et statim fama || diuulgata, alii in iumentis, alii autem | pedibus, alii per Tiberi descenderunt | in portum, et perstabiliti per fidem | diebus tribus et quarta die usque in | horam quintam, orantes inuicem | cum Paulo, oblatione offerentes, | et quaecumque opus erant in naui|gio inpusuerunt et tradiderunt | ei duo iuuenes fideles qui cum eo naui|garent, et ualefecerunt illi in domino | et reuersi sunt Romae.

IV Post paucos | autem dies turbatio magna facta | est in media aeclesia dicentium | uidisse se mirabilia per hominem | quendam cui nomen erat Simon, | et esse eum Aricie. adiecit qui se di|ceret magnam uirtutem esse dei | et sine deo nihil facere. Numquid ip|se est Christus? sed nos credimus in illo | quem Paulus nobis praedicauit; | etenim per illum morem uos uidi|mus suscitatos et ab infirmita|tibus uariis liberatos. haec || f. 331r autem || quaerit dimicationes; scimus: non | enim minima motio nobis facta est. | fortasse enim iam introibit Romae. | externa autem die rogabatur cum | magnis adclamationibus, dicentes | ei: 'Tu es in Italia deus, tu Romanorum | saluator: festina celerius Romae'. | ille autem adlocutus est populos | uoce gracili dicens: 'Videuitis me cras|tina die, hora circiter septima, supra | portam urbis uolantem in eo habi|tu in quo nunc me uidetis loquentem | uobiscum'. ergo, fratres, si uobis ui|detur, eamus,

[2] *folii 330r uersus VI* (in portum . . . balbus) *a librario omissus sub finem paginae suppletus est numeris qui uersuum ordinem significarent adscriptis* || [23] ^e^st *correxit man 1* || [26] dimicationes · scimus *cod*

[4] uelle] *corrige* uellem || [5] discedere] *corrige* discederem || [11] referentibus *est abl abs. caueas igitur ne corrigas* referentes || [15] oblatione *pro* oblationem || [21] adiecit *delendum uidetur aut scribendum* adiecerunt quia || [24] morem uos *cod* mortuos *ego emendo* || [26] quae sit dimicatio nescimus *correxit MBonnet* | motio] notio *emendat MBonnet* || [27] *scil* introiuit | externa *pro* hesterna || [31] *scil* uidebitis

et diligentius rei ex|tus expectemus. Vniuersi itaque concurrentes ad portum peruene|runt. facta autem hora septima, | et ecce subito puluis in caelum a lon|ge uisus est, tamquam fumus cum ra|biis et minas refulgens. et postquam | adcessit ad portam, subito non par|uit. et postea apparuit in medio po|pulo stans, quemque uniuersi adornan||tes et cognoscentes || f. 331v quia ipse esset, | qui pridie eis uisus fuisset; et non mini|me fratres scandalizabantur adin|uicem, praeterea quod non esset Ro|mae Paulus, neque Timotheus neque | Barnabas, quoniam in Macedonia mis|si erant a Paulo, et non esse, qui nos | confortaret, praeterea qui nuper | cathechizati erant. et magis Simo|ne se exaltante in quibus faciebat, | et quorumdam eorum cottidianis | diebus Paulum magum uocantes, | alii planum, et tam magnae multi|tudinis constabilitae in fide omnes | dissoluti sunt, praeter Nacis|sum praesbyterum et duabus muli-|eribus in hospitio Bytinorum et | quattuor qui iam de domo prodire | non poterant, et inclusi die et noc|te orationibus uacantes et peten|tes a domino, ut Paulus celerius reuer|teretur, aut quicumque alius qui | uisitet seruos suos, quoniam disso||luerat eos diabolus nequitia sua. | || f. 332r

V Lugentibus autem eis et ieiunantibus, | iam instruebat deus in futurum Petrum | in Hierosolymis. adimpletis duodecim | annis quod illi praeceperat dominus, Christus | ostendit illi uisionem talem, dicens | ei: Petre, quem tu eiecisti de Iudea ad|probatum magum Simonem, iterum | praeoccupauit uos Romae. et in bre|ui scias: omnes enim qui in me credide-|runt dissoluit astutia sua et iner|gia sua satanas, cuius uirtute se ad|probat esse. sed noli moras facere: | crastina die proficiscere, et ibi inue|nies nauem paratam, nauigantem | in Italiam; et in paucos dies osten|dam tibi gratiam meam quae non ha|bet inuidiam nullam. Petrus autem | hoc uiso monitus, referens fratribus | sine mora, dicens: Necesse est me as|cendere Romae ad expugnandum | hostem et inimicum domini et

[3] a longe] *in cod est* a lō///ge. *post* o *in rasura est prior apex literae* N. *scilicet librarius uoluit scribere* n *sed addidit postea uirgulam. GGundermann* || [23] *in marg man 2:* nota

[1] *scribe* exitum || [2] *corrige* portam || [4] *corrigo* radiis eminus || [6] *scribe* adorantes || [12] quorumdam ... uocantes *caueas ne corrigas. inuenit enim interpres in graecis genetiuos absolutos, sed nominatiuo absoluto perrexit* || [13] cottidianis sermonibus *conicit HUsener* || [15] Narcissum || [23] quot *pro* quod *scribi perspexit GGötz* quod *pro* ex quo *scriptum esse suspicatur MBonnet* || [27] *scil* uirtutem || [28] *post* proficiscere *adde* Caesaream

|| f. 332u fratrum | nostrum. Et descendit Caesaream || et confestim ascendit nauem, iam | scala subducta neque epsimenia in|posita. gubernius autem nomine Theon | respiciens Petrum dixit: Quaecumque | habemus uniuersa tua sunt. quae | autem gratia nostra, si suscipiamus | hominem similem nobis in incerto ca|su, et non omnia quae habemus nos, com|municamus tecum? sed tantum nos | feliciter nauigemus. Petrus autem | oblationi illius gratias agens, ipse au|tem in naui ieiunabat, lugens animo | et iterum confortans se, quod deus dig|num eum habuisset in ministerio suo | ministrum. sed post paucos dies surre;xit gubernius ora prandi sui. qui cum | rogaret Petrum ut secum gustaret, | dixit ei: O quisquis es, parum te noui, | deus es aut homo. sed ut intellego, dei | ministrum te esse existimo. nauis | enim mea media nocte dum a me guber-|naretur, et ego in somnio incidissem, | uisa mihi est uox humana || f. 333r de caelo dicens || mihi: 'Theon, Theon!' bis nomine meo uocauit | et dixit mihi: 'Inter ceteros qui tecum naui|gant, honorificentior sit tibi Petrus, | per quem tu et ceteri ex inspirato | cursu sine ulla iniuria salui eritis.' | Petrus autem credens quoniam in ma|ri deus prouidentiam suam uoluit eis ostendere qui in naui erant, exinde coe|pit Petrus Theoni magnalia dei expo|nere, et quomodo dominus elegerit eum | inter apostolos, et propter quam | curam nauigaret in Italiam. cotti|die autem communicabat ei sermones | dei. et respiciens eum, unianimem in fidem | et dignum diaconum per conuersationem | eius didicisset, in Hadria autem malacia | habita in naue, Theon Petro ostendens | malacia et dicens ei: Si ui me dignum ha,bere quem intingas in signo domini, habes | occasionem. Etenim qui in naui erant, | omnes condormierant ebri. Petrus | per funem descendens, baptizauit | Theonem in nomine patris et || f. 333u fili || et spiritus sancti. ille autem subiuit ab aqua | gaudens gaudio magno, item Petrus | hilarior factus, quod dignum habuis;set deus Theonem nomine suo. fac tum est autem

[10] pauos (o superscr.) *correxit man 1* || [16] *fol 333r in marg superiore man 2:* benedictus dominus || [24] *prior* c *in* communicabat *in rasura; fuit* g || [31] *post* fili *erasum est* et

---

[2] neque *corruptum est: scribe* atque | epsimenia *pro* epimenia. *fortasse* epsimenia inposita *et* scala subducta *transposita sunt.* neque primnesia inposita (*οὐδὲ πρυμνήσια ἐπέκειτο*) *suspicatur HUsener* || [4] *cf* Luc. 6, 32 *ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν;* || [11] ora *id est* hora || [18] ex insperato *expectat HUsener* ex insperato completo *MBonnet* || [25] *post* eum *deesse uidetur* cum || [27] malacia *pro* malaciam | si uis *scribendum est*

ubi Theon baptizatus | est, in eodem loco apparuit iuuenis | decore splendidus, dicens eis: Pax uo bis. Et continuo ascenderunt Petrus | et Theon et introierunt in lectina, | et accepit panem Petrus et gratias | egit domino, qui eum dignatus fuisset sancto | ministerio suo, et quia uisus fuisset | eis iuuenis dicens Pax uobis: Optimus | et solus sanctus, tu enim nobis uisus es, deus | Iesu Christe, in tuo nomine mox locutus | et signatus est sancto tuo signo. sic ita|que in tuo nomine eucharistiam tu|am communico ei, ut sit consumma tus seruus tuus sine repraehensio ne in perpetuo. Aepulantibus autem | illis et gaudentibus in dominum, subito | uentus non uiolentus sed tempera|tus ad prora nauis non cessabit diebus sex ‖ totidemque || f. 334r noctes, usquedum Pute|olis peruenirent.

VI Cumque adplicuis|sent Puteolis, exiliens Theon de naui | peruenit ad hospitium in quo solitus | erat reuerti, ut conponeretum ad | excipiendum Petrum. erat autem | ad quem reuertebatur nomine Aris|ton; hic timebat semper dominum, et se | Theon cum illo committebat prop ter nomen. cumque peruenisset ad | hospitium et uidisset Aristonem, | dixit Theon ad illum: Deus qui te digna|tus est serbire sibi, et mihi gratiam | suam communicauit per sanctum seruum | suum Petrum, qui nunc mecum naui gauit a Iudaea, iussus a domino nostro | in Italiam uenire. Ariston autem | hoc audito incubuit super ceruicem | Theonis, et conplexus rogabat eum | ut se ad nauem duceret et demons|traret ei Petrum. dicebat enim Aris|thon, ex eo Paulus profectus est | in Spaniam, non fuisse neminem de ‖ fratribus ad quem refrigerare. | praeterea Iudaeum quendam || f. 334u inrupis|se in urbem, nomine Simonem. magico | carmine adque sua nequitia hinc inde | omnem fraternitatem dissoluit, ut | etiam ego a Roma fugerem, sperans | uenire Petrum. rettulerat enim Pau|lus de eo, et ego in uiso multa uidens. | nunc itaque credo in domino meo quoni|am reaedificat ministerium suum, | quoniam extirpauitur omnis se|ductio a seruis eius. fidelis est enim | dominus noster Iesus Christus, qui possit res|taurare

[27] de *quod est sub finem fol 334r ab initio fol 334u repetitur* ‖ [33] extirpa////uitur: *erasa* 1 *est*

[7] *corrigo* lotus ‖ [12] *scil* cessauit ‖ [16] *scribe* conponeret eum ‖ [18] propter nomen *scil* Christi *cf Act. 5, 41. 3 Ioh. 7* ‖ [20] *scil* seruire ‖ [26] ex eo *pro* ex quo | *pro* profectus est *malim* profectus esset ‖ [27] refrigerare *ex* refrigeraret *corruptum* ‖ [29] adque *pro* atque ‖ [33] *scil* exstirpabitur

nostras mentes. Theon | autem audiens haec ab Aristhone | flente, magis increscebat illi spi|ritus et plus confirmabatur, quo|niam deo uiuo intellegebat se cre|didisse. ut autem peruenerunt in|uicem ad nauem, Petrus respiciens | eos, in spiritu repletus subrisit; ita | ut Ariston cadens in faciem suam || f. 335r ad pedes Petri haec dixit: Frater || et domine, sanctorum mysteriorum | communis et demonstrator uiae | recte quae est in domino Iesu Christo deo nostro, | qui per te aduentum suum nobis osten|dit: remisimus enim uniuersos quos | nobis Paulus tradiderat, energia | satanae. sed nunc spero in domino qui | te nuntio suo misso aduentare | nobis iussit, quoniam dignatus est | nos magnalia et mirabilia sua per | te uidere. oro itaque festines in ur|bem. ego enim relictis fratribus | scandalizantibus, quos uideram in | temptatione diaboli cadere, hoc re|fugit, dicens eis: 'Fratres, state in fide: | necesse est enim intra duos menses | istos domini nostri misericordiam adducat | uobis ministrum suum.' uisionem | enim uideram, Paulum dicentem mihi: 'Ariston, fuge ab urbe.' quibus auditis | sine mora credens, egrediens in domino, | etiamquam infirmem carnem por|tans, || f. 335u peru eni hic, stans cottidie || ad litus, interrogans nautas: 'Numquid Petrus uobiscum nauigauit?' nunc | autem gratia domini abundante, peto | ut sine ulla mora ascendamus Rome, | ne scelestissimi hominis plus inua|lescat doctrina. Haec dicente Aristo|ne cum lacrimis, Petrus dans ei ma|num et eleuans a terra, et ipse cum | lacrimis ingemescens dixit Petrus: | Praeoccupauit nos qui temptat or|bem terrarum per angelos suos; | sed extinguet seductiones ipsius | et sub pedibus ipsorum constituet | qui crediderunt in Christo quem nos prae|dicamus, qui habet potestatem eru|ere seruos suos ab omni temptatione. | Et ingredientibus eis ad portam, The|on rogabat Petrum dicens: Nulla die | in naui refrigerasti in tam magno | mari; nunc autem in uia asperrima | rectu a naue uis proficisci? sed

[27] Rom. 16, 20

[6] *f 335r in marg superiore manu 2:* nota || [27] *f 335u in marg medio manu 2:* In nabe. de. theon. petrus. romam uenit || [32] RECTU' *cod. in archetypo fuisse uidetur* RECTꝰ *ut monet GGundermann*

[7] communis *id est* κοινωνός || [9] *malim* amisimus || [11] *expectare possis* te nuntium suum missum. *sed cf supra p. 49, 23 sq.* || [14] hoc *pro* huc *ut saepe* | refugit *lapsus calami est. scribe* refugi || [16] *scribe* misericordia || [19] etiamquam *pro* quamquam || [32] rectus *restituendum, nisi forte* rectu *pro* recto = recta uia *scriptum est*

rema|ne et refice te, et sic proficisceris. | hinc enim usque Romae silice strato, || adconcussione uereor ne quid pati|aris. || f. 336r Respondens autem Petrus di|xit eis: Si autem contingat mihi cum | inimico domini nostri lapidem molarem | suspendi, sicut dominus meus dicebat | ad nos, si quis de fratribus scandali-| zasset, et in profundo mergi? fiet au|tem non tantum lapis molaris, sed | quod deterius est, contrarium lon|ge ab eis qui in dominum Iesum Christum credide|runt, in hunc persecutorem seruo|rum suorum consummari. Nulla au|tem persuasione Theon potuit ei | suadere ut ibi uel unum diem rema|neret. Theon autem et ipse, deman|dans quaecumque in naui erant, ut | uenirent, quanti sua interesse, con|secutus est Petrum Romae deducen|tem Aristonem in habitationem | Narcissi praesbyteri.

VII Fama peruola|uit in urbem ad dispersos fratres | Petrum dicentem domi uenisse Si|monis causa, ut eum ostenderet || seductorem et persecutorem bo|norum esse. concurrit || f. 336v itaque mul|titudo omnis ut uiderent domini apos|tolum fundari in Christum. prima autem | sabbatorum multitudine conueni|ente Petrum uidendi causa, coepit | itaque uoce maxima Petrus dice|re: Viri, qui adestis, qui speratis in Christo, | uos qui in breui temptationem pas|si estis, discite cuius rei causa deus | filium suum misit in saeculo, aut | cuius rei per uirginem Mariam pro|tulit, si non aliquam gratiam aut | procurationem proficeret: uolens | omne scandalum et omnem ignaran|tiam et omnem inergaemam dia|boli, initia et uires infirmes quibus | proualebat olim, antequam deus nos|ter in saeculo refulgeret. qui mul|tis et uariis infirmitatibus per igno|rantiam in mortem ruebant, mo|tus misericordiam deus omnipotens | misit filium suum in saeculo, cui ego || interfui; et super aquas || f. 337r ambulaui, | cuius testis ipse ego permaneo, tunc | saeculo ope-

[5] Matth. 18, 6 || [30] Matth. 14, 25 sqq

[29] *fol 337r in marg man 2* domno patre

[2] a concussione *suspicantur HUsener et MBonnet* || [4] *expectare possis* lapide molari *sed in graecis fuisse uidetur κρεμασθῆναί μοι μύλον ὀνικόν* || [12] interesse *ex* interesset *corruptum* || [15] *scribe* dicentium | *pro* domi *scribe* Romae || [17] fundari *pro* fundare || [21] passi *cod. expectes* passuri || [22] *post* cuius rei *repetendum erat* causa || [24] *corrige* perficeret | *pro* uolens *suspicatur* dolens *HUsener* | ignarantiam *pro* ignorantiam || [25] *aut* infirmes *in* infirmare *corrigendum, aut uerbum aliquod ueluti* dissoluere *post* infirmes *supplendum* || [26] *pro* proualebat *scribe* praeualebat || [27] qui] quia *mauult HUsener* || [28] misericordiam *pro* misericordia || [30] ambulaui *corruptum ex* ambulauit

ratum esse per signa | et prodigia, quae omnia fecit. inter|fuisse me fateor, fratres carissimi; | fui abnegans eum dominum nostrum Iesum | Christum, et non tantum semel, sed et | ter: erant enim qui me circumuene|rant canes inprobi sicut prophetas | domini. et non mihi inputauit dominus; et con|uersus ad me et misertus est infir|mitatem carnis meae, ut me postea | plangerem amariter, et lugebam | fidem tam infirmem meam, quoni|am exsensatus a diabolo et non ha|bens in mente uerbum domini mei. et | nunc dico uobis, o uiri fratres, qui in | nomine Iesu Christi conuenistis: et in uo|bis inplanator satanas sagittas | suas tendit, ut discederetis a uia. | sed nolite deficere, fratres, neque | cadere animo, sed confortamini | et || f. 337u perstate et nolite dubitare. || si enim me, quem in honore maximo | habuit dominus, scandalizauit satanas ut | abnegarem lumen spei meae, subici|ens me et fugere me persuasit, tam|quam in hominem crederem, quid pu|tatis uos, qui neofyti estis? putabatis, | quia non uos euertebat, ut faceret | uos inimicos regni dei et in nouissimo | errore in perditione praecipitaret? | quemcumque enim eiecerit ab spe domini | nostri Iesu Christi, ille filius perditionis | in aeterno. conuertimini ergo, fra|tres electi a domino, et confortamini | in dominum omnipotentem, patrem domini | nostri Iesu Christi, quem nemo uidit um|quam neque uidere potest nisi ille, | qui in eum crediderit. intellegite | autem, unde uobis temptatio super|uenerit. non enim tantum propter | hoc ut uerbis suaderet uobis hunc | esse Christum quem ego praedico, sed eti|am in tactis et in uir- || f. 338r tutibus magni|ficis hortor uos per fidem quae est || in Christo Iesu, ut nemo uestrum alium ex|pectet praeter hunc contemptum | et contumeliatum a Iudaeis, hunc | Nazorenum crucifixum, mortuum et | in tertio die resurgentem.

VIII Paeniten|tes autem fratres rogabant Petrum, | ut expugnaret Simonem, qui se dice|bat dei uirtutem esse, morantem in do|mo Marcelli senatoris persuasum | carminibus eius, dicentes: Crede nobis, | frater Petre: nemo fuit tam sapien|tior

[3] Matth. 26, 69 sqq. || [22] Ioh. 5, 37 sq.

[13] *fol 337u in marg superiore man 2* marcellus. *paulo infra:* neofiti nobiter conuersi || [33] *fol 338r in marg man 2:* In domo marcelli erat simon

[25] suaderet *corruptum ex* suaderem || [26] tactis *corruptum ex* factis || [33] *pro* persuasum *scribe* persuasi

inter homines, quam hic Marcel|lus. uiduae omnes sperantes in Christo | ad hunc refugium habebant; omnes | orfani ab eo pascebantur. quid plura, | frater? Marcellum omnes pauperi | patronum uocabant; cuius domus pere|grinorum et pauperorum uocabulum | habebat. cui imperator dixit: 'Ab omni | officio te abstineo, ne prouincias | expolians Christianis conferas'. cui Mar|cellus respondit: 'Et mea omnia tua | sunt.' cui dixit Caesar: 'Mea essent, || si mihi eam custodires; nunc autem, | || f. 338v quia non sunt mea, cui uis ea dona et | hoc nescio quibus infimis.' haec ergo, | frater Petre, ante oculos haben|tes referimus tibi, tantam uiri mi|sericordiam in blasfemia trans-|latam. si enim ille uersatus non fu|isset, nec nos remoti fuissemus | a sancta fide dei domini nostri. qui nunc | Marcellus furens paenitetur | in benefaciendo, dicens: 'Tanta sub-|stantia inpendi tanto tempore, | superuacuo credens in di notiti|am me erogare!' usque adeo ut, si quis | ad eum de peregrinis accesserit | ad inuam domus eius, fuste per|cutet adque inpingi iubet dicens: | 'Vtinam nec illis inpostoribus | tantam paecuniam erogassem!' | sed et plura blasphemando dicit. | sed si qua in te domini nostri miseri|cordia et praeceptorum eius bo|nitatis permanet, succurras || huius errori, || f. 339r qui tam magno numero | in serbos dei aelemosynas fecit. | Petrus autem haec uidens, percus|sus dolore malo dixit: O artes uari|ae et temptationes diaboli! o ma|chinationes et adinuentiones ma|lorum! qui sibi in die iracundiae ignem | maximum nutrit, exterminium homi|num simplicum, lupus rapax, uorator | et dissipator uitae aeternae! tu | priorem hominem concupiscen|tia inretisti et pristina nequi|tia tua et corporali uinculo obli|gasti; tu es fructus arboris ama|ritudinis totus amarissimus, | qui uarias concupiscentias inmit|tis. tu Iudam condiscipulum et | coapostolum meum coëgisti | inpiae agere, ut traderet dominum | nostrum Iesum Christum, qui de

[25] Rom. 2, 5

---

[19] *plur*$^{a}$ *corr man 1* || [22] ael$\overset{i}{e}$mosynas *correxit man 1 nisi forte super e litura est. GGundermann* || [27] *fol 339r in marg man 2:* tona pater mella fundis

---

[8] eam *cod* ea *ego corrigo* || [9] *pro* dona *scribe* donas || [14] tanta substantia *pro* tantam substantiam || [15] *pro* di *scribe* dei. *uirgula super i omissa est* || [17] ad ianuam || [21] *caueas ne corrigas* bonitas. *nam ex antecedentibus uerbis* si qua *supplendum est* si quid || [22] *scil* seruos || [23] dol. magno *conicit HUsener* || [31] inpiae *pro* impie *ut saepe*

te poenas | exigat necesse est. tu Herodis | cor indurasti et || f. 339u Pharaonem in|flammasti et coëgisti pugnare || contra sanctum seruum dei Moysen, tu | Caife audaciam praestitisti, inique | multitudini ut dominum nostrum Iesum Christum | traderet, ei usque adhuc sagittis | tuis beneficis animas innocentes | sagittas. improbe inimice omnium, | cathatema ab eius aeclesia fili dei | sancti omnipotentis, et tamquam thitzio de foco eiectus extingueris a ser|uis domini nostri Iesu Christi. in te nigritudo | tua et in natos tuos, semen pessimum, | in te conuertantur nequitiae tuae | et in te mine tuae et in te tempta|tiones tuae et in angelis tuis, prin|cipium malitiae, tenebrarum abys|sus! quas habes tenebrae tuae te|cum sint et cum uasis tuis quae pos|sides. discede itaque ab his qui cre|dituri sunt deo, discede a seruis Christi | et illi uolentibus militare. habeto | tu tibi tuas tunicas tenebrarum; | sine causa pulsas aliena ostia, quae | non || f. 340r sunt tua sed Christi Iesu qui ea cus||dit. tu enim, lupe rapax, uolens abri|pere pecora quae tua non sunt, sed | sunt Christi Iesu qui custodit ea diligen|ter summa cum diligentia.

IX. Haec dicen|te Petro cum magno dolore animi | sui, adiciebantur bene plures in domino | credentes. rogabant autem fra|tres Petrum ut conmitteret se | cum Simonem et non pateretur eum | diutius sollicitare populum. sine | mora autem exiliens Petrus de sy|nagoga ibat in domum Marcelli ubi | Simon manebat. sequebantur au|tem eum turbae magnae. ut autem | uenit ad ianuam, uocans hostarium | dixit ad eum: Vade, dic Simoni: 'Petrus, | propter quem fugisti de Iudaea, sus|tinet te ad ianuam'. Respondens | hostiarius dixit Petro: An tu sis | Petrus ignoro, domine. praeceptum | autem habeo: recognouit enim te | externa die introisse in urbem, | dixit mihi: 'Siue || f. 340u interdius siue noctu || adque hora quae uenerit, dic quo|niam non sum intus'. Petrus autem | ad iuuenem dixit: Tu quidem bene | dixisti, quia haec renuntiasti co|actus ab eo. Et conuersus Pe|trus ad populum sequentem se | dixit: Magnum et mirabilemnos|trum uisuri estis. Et respiciens | Petrus canem

[19] *f 340r in marg man 2:* petrus ad simone. cũ populo pergit || [33] *fol 340u in margine manu saec XI:* sc̄s petrus canem simoni mago mittit loqui †

[4] ei usque *lapsus calami est, scribe* et usque || [5] *scil* ueneficis || [7] *scil* titio || [16] cusdit *corruptum ex* custodit || [25] *scil* ostiarium || [29] externa *pro* hesterna *scriptum est* | *ante* dixit *inseri poterat* et || [30] *expectes* qua || [34] mirabilemnostrum *cod* mirabile monstrum *ego corrigo*

magnum catena | grande ligatum, accedens soluit | eum. canis autem solutus, uocem | humanam accipiens dixit ad Pe|trum: Quid me iubes facere, seruus | inenarrabilis dei uiui? Cui Petrus | dixit: Intra et dic Simoni in medio | conuentu suo: 'Dicit tibi Petrus: | procede in publicum: tui enim | causa Romae ueni, inprobe et sol|licitator animarum simplicum'. | Et loco currens canis introiuit | et inpetum faciens in medio eo|rum qui Simoni aderant, et eri|gens priores pedes uoce maxima || usus est et (|| f. 341r) dixit: Tu Simon, dicit ti|bi Petrus Christi seruus ad ianua stans: | 'Procede in publico; propter te enim | Romae ueni, inprouissime et seduc|tor animarum simplicum'. Audiens | enim haec Simon et respiciens incre|dibilem uisum, excidit a uerbis quibus | seducebat circumstantes, omni|um stupentium.

X Marcellus autem | hoc uiso exiuit ad ianuam proiciens | se ad pedes Petri et dixit: Petre, | amplector pedes tuos, sancte dei sanc|ti seruus, multa peccaui: ut non exe|quaris peccata mea, si qua est in te | Christi uera fides quem tu praedicas, si | praeceptorum eius memor es, nemi|nem odire, nemini esse malus, sicut | didici a Paulo coapostolo tuo: ne in | animo inducas delictorum meorum, | sed hora pro me dominum, sanctum dei | filium, quem ego ad iracundiam per|duxi, quoniam seruos eius perse|cutus sum. roga ergo pro me tam||quam bonus (|| f. 341u) procurator dei, non me | tradidi cum peccatis Simonis igni | aeterno, qui me tantum suasit ut | statuam illi ponerem, suscribti|oni tali: 'Simoni iuueni deo.' si scirem, | Petre, pecunia suaderi, omnem da|rem substantiam meam; contem|nens dedissem tibi, ut animam me|am lucrarer. si fili mihi essent, pro | nihilo duxissem, tantum in domino | uiuo crederem. confiteor autem | quoniam me non seduxisset, nisi | quod dei uirtutem se esse dicebat. | et tamen referam tibi, dulcissime | Petre: non dignus eram audire te, | seruus dei, neque constabilitus | eram in fide dei quae est in Christo: prop|terea scandalizatus sum. peto | itaque ne indigne feras quod dictu|rus sum. Christum

[2] *in marg man 2:* ubi petrus. canem. misit. ad simone. || [14] *fol 341r in marg man 2:* bene benisti marcelle || [15] amplecto' *corr man 1*

---

[1] grande *exspectes* grandi || [11] *scil* inprobissime || [19] *expectes* malum || [20] *scil* ora || [23] tradidi *ex* tradi *corruptum est* || [25] suscribtioni *pro* suscribtione | *ante* pecunia *adde* te

dominum nostrum quem | tu praedicas in ueritate, coaposto|lis tuis coram te dicens: 'Si habueri|tis fidem sicut granum sinapis, ‖ f. 342r dicitis ‖ monti huic: transfer te et continuo | se transferet.' te autem Petrum | hic Simon infidelem dixit, in aquas | dubitantem. audiui enim et hoc | eum dixisse: 'Qui mecum sunt, non | me intellexerunt.' ergo si uos qui|bus et manus inposuit, quos et ele|git, cum quibus et mirabilia fecit, du|bitabatis, habens ergo hoc testi|monium paeniteor, et ad praeces | tuas confugio. suscipias animam | meam, labsus a domino nostro et a re|promissione ipsius. sed credo, | quia miserebitur mihi peniten|ti. fidelis enim est omnipotens, | remittere mihi peccata. Petrus | autem dixit uoce magna: Tibi, domine | noster, gloria et claritudo, deus | omnipotens, pater domini nostri | Iesu Christi. tibi laus et gloria et ho|nor in saecula saeculorum. amen. | quoniam et ‖ f. 342u nos nunc in pleno con|fortasti et constabilisti in te ‖ sub oculis omnium uidentium, | domine sancte, confirma Marcellum | et mitte pacem tuam in eum et do|mum illius hodie; quidquid autem | periit aut errat, tu solus conuer|tere potes uniuersos. te deprae|camur, domine pastor ouium dissipa|tarum olim, nunc autem per te | coadunabuntur. sic et Marcel|lum tamquam unam de ouiculis | tuis suscipias, et non patiaris | iam in errore aut in ignorantiam | diutius baccari; sed recipias in nu|mero ouium tuarum. etiam, domine, | suscipe eum, cum dolore et cum | lacrimis rogantem te.

XI Haec di|cente Petro et amplectentem | Marcellum, conuertit se Petrus | ad turbam quae illi adstabat, | et uidit quendam in turba subri|dentem, in quo erat daemonium | nequissi- ‖ f. 343r mum. ad quem Petrus di|xit: Quicumque es qui risisti, ‖ ostende te in palam omnibus adstan|tibus. hoc audito iuuenis inpetum fecit | in atrio domus, et uoce magna clamans | et inpingens se in parietem dixit: | Petre, magna contio est inter

2 Matth. 17, 20 ‖ 4 cf. Matth. 14, 30 sq. ‖ 5 *nescio unde haec petita sint*

12 *in marg man 2:* Oratio pro marcello tribuno ‖ 15 in te *quae sub finem fol 342r leguntur ab initio paginae sequentis repetita sunt* ‖ 29 *fuit* os ostende *literis* os *in sequente pagina (fol 343r) iteratis, sed priore loco (fol 342v) erasae sunt. Gundermann*

3 *expectes* dicetis ‖ 18 *emendandum uidetur* peccat ‖ 22 baccari *pro* bacchari *ut saepe* ‖ 25 amplectentem *pro* amplectente ‖ 31 *corrige* contentio

Simo|nem et canem, quem misisti; qui dicit | Simon cani: 'Nega me hic esse.' ad quem | plura dicit canis quam que mandasti|ei. et postquam perfecerit myste|rium quod illi praecepisti, ante pedes | tuos morietur. Petrus autem dixit: | Et tu itaque, quicumque es daemon, in no|mine domini nostri Iesu Christi exi a iuuene, | nihil nocens eum; ostende te omni|bus adstantibus. hoc audito iuuenis expu|lit se, et statuam magnam marmo|ream, quae in atrio domus posita erat | adpraehendens, eam calcibus conmi|nuit. erat enim statua Caesaris. quo | uiso Marcellus frontem sibi percu|tiens ad Petrum dixit: Magnum fla|gitium factum est: si enim hoc innotu|erit Caesari per aliquem de curiosis, | magnis poenis nos adfliget. cui Petrus dixit: ‖ Non || f. 343ᵘ te talem uideo sicut paulo ante: dicebas enim paratum te esse, omnem | substantiam tuam erogare uelle ut | animam tuam saluam facias. sed si ue|re paenitentiam agis, ex toto corde | credens in Christo, excipe desalientem | aquam manibus tuis et ora dominum, et | in nomine ipsius sparge super frau|menta statuae, et erit sicut ante | fuit integra. Marcellus autem nihil | dubitans, sed credens ex toto corde, | antequam acciperet aquam, manibus | suis susum adtendens dixit: Credo in te, | domine Iesu Christe. etenim ab apostolo tuo | Petro arguor an bene credam in no|mine tuo sancto. itaque accipio aquam | in manibus meis, et in nomine tuo spar|go lapides istos, ut fiat statua sicut | ante fuit integra. si ergo, domine, uolun|tas tua est, esse me in corpore, et non | patiar aliquid a Caesare, sit lapis hic | integer sicut ante fuit. Et sparsit | super lapides aquam, et statua inte|gra facta est. Petro itaque gloriante ‖ || f. 344ʳ quod non dubitasset in petendo dominum, | sed et Marcello in spiritu exaltabatur, | quod tale signum primum inter manus | eius factum fuisset. credens ergo ex | totis praecordiis usuis in nomine Iesu | Christi filii dei, per quem omnia inpossibilia | possibilia sunt.

XII Sed Simon intus ad | canem ita dixit: Dic Petro, intus me non | esse. Ad quem canis coram Marcello | ait:

[4] quicumq· *corr man 1* ‖ [33] *fol 344r in marg m 2:* canis loquitur ad simone. *in marg interiore manu saec XI:* simon magus cani adloquitur

---

[1] *pro* qui *coniciunt* quia *HUsener et MBonnet* ‖ [17] fraumenta *pro* fragmenta ‖ [25] *ante* et *expectes* ut. *sed non inserendum est* ‖ [28] Marcellus *scribendum est* ‖ [30] usuis *ex* suis *corruptum*

**Inprouissime et inpuderate | et inimicissime omnium animanti|um et credentium in Christum Iesum, missum | ad te mutu animal et uocem huma|nam accipientem, ut te argueret | et conprobaret planum et decepto|rem. tot oris cogitasti, ut diceres: | 'Dic quia non sum hic'; non te puduit, uo|cem tuam infirmem et inutilem emit|tere contra ministrum et aposto|lum Christi Petrum, tamquam latere pos|sis eum qui me iussit loqui contra faci|em tuam? et hoc non tui causa, sed ho|rum quos seducebas et in perditionem | mittebas. maledictus itaque eris, || inimice et corruptor uiae ueritatis | Christi, qui probabit iniquitates tuas | quas gessisti igni inmortali, et te|nebris exterioribus eris. Et cum | dixisset canis haec uerba, disces|sit. secuta est itaque eum turba, | Simone solo derelicto. peruenit | canis ad Petrum sedentem cum tur|ba, ut uiderent faciem Petri; et ca|nis renuntians quid gessisset cum | Simone. haec autem locutus est | canis angelo et apostolo dei uere: | Petre, agonem magnum habebis con|tra Simonem inimicum Christi et ser|uientibus illi; multos autem con|uertes in fidem seductos ab eo. | propter quod accipies mercedem | a deo operis tui. haec cum dixisset | canis, caecidit ante pedes aposto|li Petri et deposuit spiritum. uidente | autem turba magna cum admira|tione canem loquentem, coepe-|runt ergo alii prosternere se | pedibus Petri, alii autem dicebant: || Alium signum nobis ostende ut cre|damus tibi tamquam ministro dei uiui: | et Simon multa signa praesentiam | nostri fecit, et ideo secuti sumus | eum.**

|| f. 344v || f. 345r

**XIII Petrus autem conuersus res|piciens sardam ad fenestram sus|pensam, adpraehendens eam ad popu|lum dixit: Si uideritis nunc hunc in | aqua natantem sicut piscem, credo|re poteritis in eum quem praedico? | illi autem unianimes dixerunt: Vere | credimus tibi. Tunc piscinae adiacen|ti natatoriae dixit: In nomine tuo, | Iesu Christe, quousque adhuc non creditur, | coram omnibus istis uiue et nata | tamquam piscis. Et misit**

[26] *fol 345r in marg m 2:* alia mirabilia

[1] *scil* inprobissime || [2] mutu *pro* mutum || [3] *corrige* accipiens *MBonnet qui* accipientem *retinet, suspicatur accusatiuos absolutos* || [4] oris *pro* horis || [14] *lege* uideret || [16] uere *ex* ueri *corruptum* || [24] praesentiam *pro* praesentia *cf. 71, 23* || [28] *hoc loco fortasse* hanc *restituendum. sed caueas ne in sequentibus masculina femininis mutes. pertinent enim ad* piscem, *non ad* sardam || [30] *expectes* credemus | piscinae adiacenti natatoriae *pro* piscina adiacente natatoria. *librarius haec uerba perperam ad* dixit *rettulit. genetiuos absolutos statuit HUsener qui* adiacentis *emendat*

sardam in | piscinam, et uixit et natare coepit. | uidens autem multitudo natantem | piscem, et non tantum ipsa ora fecit, | ne diceretur fantasma esse, sed di|utius fecit eum natare, ut undique ad|duceret turbas et ostenderet sar|dam piscem factum, || f. 345u usque adeo ut | quidam de populo panem illi mitteret; ‖ et totum eum uidebant. secuti sunt | autem plurimi hoc uiso et credide|runt in domino, et conueniebant die ac | nocte in domum Narcissi praesbyte|ri. tractabat eis Petrus de profeti|cas scribturas et quae dominus noster | Iesus Christus egisset et uerbo et factis. |

XIV Marcellus autem cottidie funde|batur per signa quae uidebat per Pe|trum fieri per gratiam Iesu Christi, quem | illi tribuerat. inpetum autem fecit | Marcellus in domo sua super Simonem | sedentem in triclinio. maledicens | dicebat ei: Inimicissime et pestilen|tissime hominum, corruptor anime | meae et domus meae, qui me exfuga|re uolueris a Christo domino saluatore meo! | et iniciens manus in eum iussit inpin|gi de domo sua. serui autem accepta | potestate ita contumeliis eum ad|flixerunt, alii alapas in faciem eius | dabant, alii uero fustem, alii lapidem, | alii autem uasa stercoribus plena | super caput eius effuderunt, qui ‖ propter eum dominum suum effuderant | || f. 346r et multo tempore ligati fuerant; | et alii conserui de quibus ad dominum eo|rum mala loquebatur, inproperantes | et dicentes ei: Nunc digna praemia res|tituimus tibi per dei uoluntatem, qui | nobis misertus est et domino nostro. Simon | autem male cesus, eiectus de domo | cucurit ad domum ubi Petrus reuerte-|batur. in domum praesbyteri Narcis|si stans ad ianuam clamabat: Ecce ego | Simon: descende itaque Petre, et ego | te adprobabo in homine Iudeo et fa|bri filio credidisse.

XV Nuntiatum est | autem Petro haec Simonem dixisse. | misit ad eum Petrus mulierem haben|tem infantem lactantem, dicens ei: | Descende celerius et uidebis quendam | quaerentem me. tu quidem non est | quod respondeas; silentium autem | habeto et audi quae infans quem te|nes dicat ad eum. descendit ergo muli|er. erat autem infans quem lactabat | mensuum septe. et accipiens uocem ‖ uirilem dixit ad Simonem: || f. 346u

[11] *fol 345u in marg man 2:* bene abeas fili marcelle ‖ [30] *fol 346r in marg m 2:* tertia mirabilia

---

[2] ora *pro* hora ‖ [5] *corrige* mitterent ‖ [11] *corrige* fundabatur ‖ [21] *scribe* effugerant ‖ [36] *scil* septem

O horren|de deo et hominibus, o exterminium | ueritatis et corruptio omnis semen | pessimum, o infructuosum fructum | naturae! sed in breui et in minimo ad|parens, et post haec poena aeterna | te manet. de inpuderato patre natus, | qui numquam in bono, sed in ueneno ra|dices emittes, incredibile genus et | omni spe destitute: canem te argu|ente non es confusus; ego infans co|gor a deo loqui et nec sic erubescis. sed | te nolente, ueniente sabbato die al|ter te adducet in Iulio foro, ut adpro|betur in te qualis sis. discede itaque | a ianua in qua sanctorum uestigia | conuersantur. iam enim non corrum|pes animas innocentes quas euer|tebas et contristabas in Christo. os|tenditur itaque tua prauissima na|tura et concidetur machinatio tua. | nunc autem nouissimum uerbum dico: | dicit tibi Iesus Christus: 'Ommutesce coac|tus nomine meo et exi a Roma || f. 347r usque || uenturo sabbato'. Continuo autem | ommutescens et coibitus exiuit | a Roma usque sabbato, et in stabu|lum manebat. mulier reuersa est | cum infantem ad Petrum et rettu|lit ei et ceteris fratribus quae in<fans> | ad Simonem locutus esset. at illi mag|nificabant dominum qui haec hominibus | ostenderat.

XVI Adueniente autem | nocte uidit Petrus Iesum, habentem | uestem claritatis, subridentem, | adhuc uigilans dicentem sibi: Iam | plurima turba fraternitatis re|uersa est per me et per quem signa | fecisti in nomine meo. habebis au|tem agonem fidei ueniente sabbato | et conuertentur multo plures | de gentibus et de Iudaeis in nomine | meo in me contumeliatum, derisum, | consputum. ego enim me tibi praes|tabo petenti te signa et prodigia, | et conuertes multos, sed habebis | contrarium || f. 347u Simonem per opera | patris sui. sed omnia eius adproba|buntur carmina et magica figmenta. | nunc autem noli cessare, et quos-| cumque tibi misero in nomine meo | fundauis. Lucem itaque factam, nar|rauit fratribus quod sibi apparuis|set dominus et quid illi praecepisset. |

XVII Credite autem mihi, o uiri fratres, | ego hunc Simonem

[20] *fol 347r in marg m 2:* quarta mirabilia || [31] et //// *cod. erasa* a *est* ||
[30] *fol. 347u in marg m 2:* quinta mirabilia

---

[2] *emendo* corruptionis semen || [5] emittes *pro* emittis || [6] canem *pro* cane || [12] ostenditur *pro* ostendetur || [18] *codex sub finem uersus nil nisi* in *habet.* <fans> *ego suppleui* || [21] *corrige* uigilanti || [26] *scribe* petenti *deleto* te || [28] per opera *non tentandum est.* opera *enim pro* operam *scriptum est* || [30] *scil* fundabis | lucem itaque factam *pro* luce itaque facta

a Iudea fugaui mul|ta mala facientem magico carmine, | morantem in Iudaea ad quandam mulier | Eubola, honesta nimis in saeculo hoc, | adiacente ei auro copioso et marga|ritis non minimo praetio. subintra|uit hic Simon cum duobus sibi similibus. | illos duo de familia nemo uidit, nisi | solum Simonem. magia facta sustule|runt omnem aurum mulieris et non | conparuerunt. Eubola autem post|quam recognouit hoc factum, coepit | torquere familiam suam dicens: 'Sub | occansionem hominis deifici spolias|ti me, quod uideritis eum ad me in|tro- || f. 348r euntem ut honorificaretur mu|lierem simplicem; cui nomen est || autem nomen domini'. ego ieiunans diebus | tribus et orans ut hoc factum palam | fieret, uideo in uisum Italicum et | Antulum quos ego cathecizaram in no|mine domini, et puerum nudum uinctum, | dantem mihi siligineum et dicentem | mihi: 'Petre, adhuc biduo sustine et ui|debis magnalia dei. quae enim perierunt | de domo Eubolae, Simonem magica arte | usum fuise et fantasma facta cum ali|is duobus abripuisse. quos tu uidebis | tertia die hora nona ad portam, quae | ducit Neapoli, uendentes aurifici cui|dam nomine Agripino satyriscum au|reum librarum duum, habens in se lapi|dem praetiosum. tu uero non est quod | tangas, ne coinquineris; sed sint qui|dam tecum de seruis matrone. tu autem | ostendes aurificis tabernam et disce|dis ab eis. propter hoc enim factum mul|ti credent in nomine domini. quae enim | illi astutia sua et malitia sepe abri|puerunt in pala adprobantur.' hoc | ego audiens perueni ad Eubolam || et inueni illam sedentem, conscis|sa ueste, crini- || f. 348u bus dissipatis lugen|tem. cui dixit: 'Eubola, surge a luctu | et reconpone faciem tuam et suf|fige capillos tuos et sume uestem | conuenientem tibi, et ora ad dominum | Iesum Christum qui iudicat omnem animam. | ipse enim est inbisibilis dei filius in | quem te necesse est saluari, si ta|men ex toto corde penitueris a pri|oribus tuis peccatis; et accipe uir|tutem ab eo. ecce enim per me di|cit tibi dominus: "Omnia quaecumque | perdidisti

2 mulier: *sic codex*; *sed* lier *addidit man 2* || 10 honorificaretur lierem *man 1* mu *ante* lierem *sub finem uersus addidit man 2* || 13 *post* et *fortasse duarum literarum lacuna. Gundermann*

1 iudea *hoc loco, sed paulo post* iudaea || 2 *corrigas* mulierem Eubolam honestam || 9 spoliasti *ex* spoliastis *corruptum* || 10 honorificaretur *quod habet man 1 ex* honorificaret mu *corruptum est* || 11 *ante fol 348r aliquot uerba excidisse recte suspicatur GGundermann. sed ipsius codicis nostri quaternio XLV integer est* || 23 discedis *pro* discedes || 25 *scil* palam | *pro* adprobantur *expectes* adprobabuntur || 27 *corrige* dixi || 30 *scil* inuisibilis

inuenies." et postquam | perceperis ea, fac ut te inueniat, | ut abrenuntiare possis huic prae|senti saeculo et quaerere aeter|num refrigerium. itaque ut haec | audias: quidam de tuis ad portam | obseruent quae ducit Neapolim. pe|rendina die, hora fere nona, uidebunt | duo iuuenes, satyriscum aureum | librarum || f. 349r duum lapillis inclusum, | sicut uisio mihi demonstrabit, quod || offerent uenale cuinam Agripino, | domestico pietatis et fidei quae est | in dominum Iesum Christum. per quem tibi ostendi|tur ut deo uiuo credas et non mago Simo|ni, instabili daemonio, qui te in luctum | morari uoluit, et innocentem famili|am tuam torqueri, qui te blandi elo|quio, sermone tantum seducebat | et ore tantum pietate dei dicebat, | cum ipse totus impietate possede|rit. quando enim tu hilarem diem pu|tas celebrare, et idolum posuisti | et uelabas, et omnia ornamentaria | in delfica exposuisti, ille autem in|troductis duobus iuuenibus quos nemo | uestrum uidit, magico carmine facto | et abreptis ornamentis tuis non con|paruerunt. sed non habuit locum | machinatio illius. deus enim meus pa|lam mihi fecit, ut non tu decipiaris, | neque in gehenna perires, quaeque | inpie et contrario contra deum gessis|ti, qui est omni ueritate plenus et | iustus || f. 349u iudex uiuorum atque mortuorum, || et non est alia spes uitae hominibus, | nisi per eum, per quem tibi saluata | sunt quae perdideras. et nunc tu | lucrare animam tuam.' ad illa pros|trauit se ante pedes meos dicens: | 'O homo, quisquis es ignoro; illum qui|dem tamquam dei ministrum susce|peram, et quidquid me petit in ad|ministratione pauperorum, dedi | multa per manu illius et illi extrin|secus multa tribui. quid nocitus | a me tantum molitus est domui me|ae?' ad quem Petrus dixit: 'Non est | in uerbis habenda fides, sed in ope|ribus et factis. sed ad coeptum per|gendum est'. itaque recedens ab ea | perueni cum duobus actoribus Eubolae, | et accedo ad Agrippinum et dico illi: | 'Vide ut hos agnoscas. crastina enim | die ueniunt ad te duo iuuenes, uolen|tes uendere tibi satyriscum aure|um lapillis inclusum quod est domi|ne eorum. tu autem accipies

12 d$^{i}$cebat *corr m 1*

---

6 *scil* demonstrauit || 7 cuinam *ex* cuidam *corruptum* || 11 blandiloquo sermone *suspicatur MBonnet* || 12 pietate *pro* pietatem | impietate *pro* impietatem || 13 *scribe* putabas *pro* putas || 14 *corrige* ornamenta tua *cf paulo post* ornamentis tuis || 17 *expectes* conparuit || 23 ad *pro* at *ut saepe* || 26 petit *pro* petiit || 32 *corrige* uenient

